
INSIGNIA ACADEMIAE HARVARDIANAE CANTAB: NOV: ANGLIAE
VE RI TAS
The Gift of
Mary Bryant Brandegee
in Memory of
William Fletcher Weld
HARVARD COLLEGE LIBRARY

Anaxandridas, Polemon,
et Hegesander.
Rerum Delphicarum
Scriptores.

Weniger.

Berolini.
1865.

DE

ANAXANDRIDA POLEMONE

HEGESANDRO

RERVM DELPHICARVM SCRIPTORIBVS

SCRIPSIT

LVDOVICVS WENIGER.



BEROLINI

PROSTAT APVD S. CALVARY EIVSQVE SOCIVM.

1865.

EDVARDO · GERHARDO

PRAECEPTORI · CARISSVMO
BEROLINENSIVM · DOCTORVM
PRIMO · ANTE · HAEC · X · LVSTRA
SVMMOS · IN · PHILOSOPHIA · HO
NORES · RITE · ADEPTO · HVNC
LIBELLVM · SACRVM · ESSE · VOLVIT
BONNENSIVM · DOCTORVM
NOVISSVMVS.

EDVARDO · GERHARDO

PRAECEPTORI · CARISSVMO
BEROLINENSIVM · DOCTORVM
PRIMO · ANTE · HAEC · $\overline{X}$ · LVSTRA
SVMMOS · IN · PHILOSOPHIA · HO
NORES · RITE · ADEPTO · HVNC
LIBELLVM · SACRVM · ESSE · VOLVIT
BONNENSIVM · DOCTORVM
NOVISSVMVS.

PRAEFATIO.

Delphicum oraculum cum apud veteres tantam celebritatem habuerit, quanta vix satis intellegi potest, factum quidem est, ut multi passim de eo dicerent quaestionesque varias instituerent; nemo tamen exstitit, qui omnes Delphicas antiquitates maiore libro ea qua par est cura describere sibi proposuerit. Quare operae pretium esse mihi visum est tale consilium quam fieri possit accuratissime persequi et eis omnibus, quae a veteribus tradita sint, perquisitis viam quasi ad ipsum opus suscipiendum mihi parare. Inter scriptores autem Graecos, qui de Delphis egerunt, vel inlustrissimi videntur ei fuisse, qui simili fere ratione atque Pausanias de rebus et Phocensibus et Delphicis, de thesauris, de donariis, de oraculis, de ludorum Pythiorum victoribus, de Amphictyonibus aliisque multis inprimis memoria dignis libros composuerunt, periegetae scilicet illi, de quorum historia atque arte eiusque artis cum ceteris litteris maxime cum arte grammatica coniunctione egregie nuper disputavit Ludovicus Prellerus in appendice libri de Polemonis periegetae fragmentis. Pertinet ad illos Rerum Delphicarum Scriptores Aristoteles quoque, cui liber tribuitur, qui inscriptus fuit πυθιονικῶν ἀναγραφή, praeter eum Menaechmus Sicyonius, Mnaseas Patarensis, Anaxandridas Delphus, Polemo Iliensis, Hegesander Delphus, Pausa-

nias, Alcetas, Apellas sive Apollas Ponticus, Melisseus, Pausanias Laco, Theodorus Phocaeus, tum sine dubio alii non pauci, quorum ne nomina quidem adhuc exstant. De tribus igitur ex illis, eisque fere nobilissimis de Anaxandrida, Polemone, Hegesandro, nunc quaestionem instituere in animo est, id quod eo magis opportunum esse arbitratus sum, cum et tempore quo vixerint et aliis rebus inter se coniuncti quodammodo fuisse illi videantur.

ANAXANDRIDAS DELPHVS.

Anaxandridas Delphus periegetarum more res Delphicas tractavit [1]. Nomen scriptoris apud varios auctores corruptum est; vocatur et ‚Anaxandrides' et ‚Alexander' et ‚Alexandrides'.

‚A n a x a n d r i d e s' legitur apud Plut. Lys. 18: *Ἀναξανδρίδης δὲ ὁ Δελφὸς ἱστορεῖ κτλ.*, — item Quaestt. Gr. IX: . . *ὡς Καλλισθένης καὶ Ἀναξανδρίδης ἱστορήκασι*, et Schol. Eurip. Alcest. 1: *Ἀναξανδρίδης ὁ Δελφός φησι θητεῦσαι αὐτὸν διότι τὸν Πυθοῖ δράκοντα ἀνεῖλεν.* ‚Anaxandrides' etiam est in duobus codd. B et V apud Zenob. Cent. I, 57 (n. 207 in cod. Bodl): *Ἡ ἱστορία παρὰ Ἀναξανδρίδῃ ἐν πρώτῃ περὶ τῶν συληθέντων ἐν Δελφοῖς ἀναθημάτων*, cod. A habet: *παρὰ Ἀλεξάνδρῳ*, quod retinuit Leutschius.

Non autem dubia est ‚*Ἀλέξανδρος*' scriptura apud Steph. Byz. *Παρνασσός*: . . . *ὡς Ἀλέξανδρός φησιν ἐν πρώτῳ περὶ τοῦ ἐν Δελφοῖς χρηστηρίου*, — et *Αὔλη, πόλις Ἀρκαδίας· Ἀλέξανδρος δευτέρῳ περὶ Λυκωρείας.*

‚A l e x a n d r i d e s' scribitur apud schol. Arist. Plut. 924, quem exscripsit Eudocia p. 92: — *οἱ Ἀμπελιῶται — εἰς Δελφοὺς ἀνέθεσαν καυλὸν σιλφίου, ὥς φησιν Ἀλεξαν-*

---

1 De Anaxandrida cf. Mueller. fr. hist. Gr. III. p. 106 sq.; I. G. Hullemanni disputatio critica de Anaxandrida Delpho, in Symbol. litterar. doctorum in gymnasiis Batavis societatis vol. IX. Traj. ad Rh. 1848. p. 123—134.

δρίδης, et apud schol. Eur. Orest. 1632. (cod. Flor. 33): *Πολέμων δὲ καὶ ἐν τῷ δ' τῶν πρὸς Ἀλεξανδρίδην κτλ.*

Hemsterhusius ad Polluc. IX, 59 p. 1024 sq., tum ad schol. Arist. Plut. 926 distinxit comicum Anaxandridem et Alexandridem historicum atque suum cuique nomen vindicare conatus est. Deceptus autem fuit V. Cl. falsis librorum lectionibus. Contra illum primus recte Hullemannus l. l. p. 125 sq. disputavit et Anaxandridae nomen scriptori Delphico reddidit, in ipsa tamen argumentatione erravisse mihi videtur. Dicit enim p. 126: 'videtur igitur apud Stephanum nomen Ἀναξανδρίδης primum in Ἀλεξανδρίδης abiisse, deinde in Ἀλέξανδρος.' Corruptela alia ratione orta est. Notum enim est nominum propriorum ultimas syllabas, dummodo sint paullo notiores, a librariis compendii caussa saepe omissas esse [2], quo factum est, ut patronymica potissimum commiscerentur cum pri-

---

2 Ita in libris inveniuntur *Ἴσος, Δῆμος, Σοφός, Ξένος* pro *Ἰσοκράτης, Δημοσθένης, Δημήτριος, Σοφοκλῆς, Ξενοφῶν*, qua ex re haud paucos scriptorum errores natos esse apparet. Aliud exemplum adfert Bastius (Commentat. palaeogr. p. 798 sq.) de Aristotelis nomine, cuius compendiose scribendi modus is fuit, ut omissa syllaba *λης* superscriberetur ε litterae τ. ‚Sic factum in cod. SGerm. 345; aliis in codicibus iisque recentiorum temporum repetitur etiam *ἀριστο* (superscr. *τλ*). Si omittuntur duae syllabae *τελης*, superscribitur *ο*, quod restat legi potest *ἄριστος*: unde orta confusio nominum *ἄριστος* et *Ἀριστοτέλης* v. Epist. p. 134 cett. . . . . Similia occurrunt permulta. Ita factum est ut mutationes inveniantur inter *Ἀριστοτέλης* et *Ἀριστόνικος* et *Ἀριστοφάνης*, aliae.'

3 Exempli caussa *Κλέανδρος* et *Κλεανδρίδης* et *Κλεάνδρας* (cf. Plut. Nic. 28. Pericl. 23. Diod XIII, 105. Aristoph. Nub. 857. Suid. s. v. *δέον*), *Φρασικλῆς* et *Φρασικλείδης* (Diod. IX. p. 281. D.) *Εὔβουλος* et *Εὐβουλίδης* (Lys. p. 157. v. 21). Plura adfert Hemsterh. ad Arist. Plut. 926 et ad Lucian. Tim. p. 159. cf. Passow opusc. p. 303 sq. Lobeck Agl. p. 982. Nauck Aristoph. Byz. fr. p. 2 n. 3. Lehrs de stud. Arist. p. 4. Mueller fr. hist. Gr. I. p. LXXXII. Mehler Mnaseae Patarensis fr. p. 8.

mitivis nominibus [3]. Simili ratione etiam ex vocabulo Ἀλεξανδρίδης videtur ortum esse ‚Ἀνάξανδρος' sive Ἀναξανδρ . . . cum signo quodam compendii. Ex ‚Ἀνάξανδρος' autem facillime natum esse ‚Ἀλέξανδρος' patet. Ita ne exempla desint in Paus. IV, 15, 1 ‚Ἀλέξανδρον' pro ‚Ἀνάξανδρον' habent Mosq. et Ald. Etiam Paus. IV, 22, 3 ‚παρὰ Ἀλέξανδρον' est pro ‚παρὰ Ἀνάξανδρον' in cod. Mosq. (cf. Siebelis.). Mirum igitur non est, quod saepius ‚Ἀλέξανδρος' lectio invenitur pro ‚Ἀναξανδρίδης,' ut apud Aristot. Rhet. III, 10, ubi olim legebatur ‚Ἀλέξανδρος,' nunc recte legitur ‚Ἀναξανδρίδης.' (Hemsterh.). Huc pertinent etiam quae supra adtuli ex Zenob. Cent. 1, 57, n. 207 cod. Bodl. et ex Stephano Byz. s. v. Παρνασσὸς et Αὐλή. Ex voce ‚Ἀλέξανδρος' ita orta tum factum est (fortasse propter ipsam compendii notulam a librario postea observatam et dissolutam) ‚Ἀλεξανδρίδης,' id quod habemus apud schol. Arist. Plut. 925 et schol. Eurip. Orest. 1632 [4]. Tamen adferat fortasse quispiam eodem modo quo ex ‚Ἀναξανδρίδης' factum sit ‚Ἀλεξανδρίδης' vice versa potius nasci potuisse ex ‚Ἀλεξανδρίδης' ea scriptura, quae una recta habenda sit, primum ‚Ἀλέξανδρος,' tum ‚Ἀνάξανδρος,' postremo ‚Ἀναξανδρίδης,' ita ut ‚Ἀναξανδρίδης' lectio sit corrupta, non ‚Ἀλεξανδρίδης.' At huius mutationis ne unum quidem exstat exemplum. Accedit, quod omnino ‚Alexandridae' nomen, quantum scio, apud Graecos scriptores nusquam invenitur, ‚Anaxandrides' contra, sive potius Dorica nominis forma ‚Anaxandridas,' occurrit saepissime et — id quod maximum est — Delphis quoque ipsis, ut apparet ex inscriptionibus Delphicis apud Curtium Anecd. Delph. p. 72 tit. 35: ‚Ἄρχοντος Ἀριστίωνος τοῦ Ἀναξανδρίδα' et apud Foucartium et Wesche-

4 Alia exempla harum mutationum inveniuntur apud Meinekium hist. crit. com. p. 370 sq. 488. Hullemann. p. 126 sq. Hemsterh. l. l

rum[5] tit. 32 v. 2: ,... Ἀναξανδρίδα τοῦ Αἰακίδα,' cf. tit. 32, 2. — tit. 345, v. 14: ,Ἀγάθων, Δαμοχάρης, Θεύξενος, Ἀναξανδρίδας, Δελφοί.' tit. 425 v. 6, 7 iterum occurrit ,Ἀριστίων Ἀναξ]ανδρίδα.'

Tempus, quo vixerit Ἀναξανδρίδας definiri potest ex testimonio apud schol. Eurip. Orest. 1632[6]:

Ὅτι ἡ Ἑλένη [τὸ τῆς Ἑλένης ἄστρον, ἣν ἰδιωτικῶς φασι Τραμουντάναν v. 1626] τοῖς χειμαζομένοις κατὰ θάλατταν ἐπήκοός ἐστι κατὰ Εὐριπίδην σεσημείωται· ὁ μέντοι Σωσίβιος ἔμπαλιν οἴεται οὐκ εὐμενῶς αὐτὴν ἐπιφαίνεσθαι. Addit cod. Flor. 33: Πολέμων δὲ καὶ ἐν τῷδε τῷ πρὸς Ἀλεξανδρίδην τὴν μὲν τοῖν δυοῖν ἀστέροιν ἐπιφάνειαν τῶν Διοσκούρων ἀνωμολογῆσθαι, τὴν δὲ τῶν λεγομένων Ζοβείρων * * *

Locus corruptus est. Pro Ἀλεξανδρίδην legendum Ἀναξανδρίδην. Pro ἐν τῷδε τῷ emendavit Madvigius[7] ἐν τῷ δ' τῶν, ,id est in libro quarto operis, quod inscribebatur τὰ πρὸς Ἀλεξανδρίδην ut eiusdem auctoris τὰ πρὸς Ἐρατοσθένην.' Muellerus l. l. voluit ἐν τῷ sive ἐν τῇ sive ἐν ἀντιγραφῇ, sed probabilius est quod habet Madvigius. In reliquis scribendum videtur: τὴν μὲν τοῖν δυοῖν ἀστέροιν ἐπιφάνειαν τῶν Διοσκούρων ἂν ὁμολογεῖσθαι, τὴν δὲ

---

5 ,*Inscriptions recueillies à Delphes*' Paris 1863. 8.

6 Evulgavit scholion Matthiae ad Eurip. Orest. v. 1632. cf. Mueller. fr. hist. Gr. III. p. 187, Polemonis fr. 76 A. — Prellerum in libro de Polemone fugit fragmentum, postea memorat apud Pauly, in *Real-Encyklopädie* s. v. Polemo et in commentatione quam inscripsit ,de locis aliquot Pausaniae disputatio brevis. Accedit additamentum Polemonis' in indice scholl. Dorpatt. 1840. p. 1 sq.

7 ,Emendationes in Ciceronis libros philosophicos. Part. I, quae complectitur emendationes in libros de legibus et academica'. Hafniae 1826. p. 137 sq. Madvigium secuti sunt Meinekius in *Zeitschrift für die Alterthumswissenschaft* 1844. p. 12 sq., nec non Cobetus et postremo Dindorfius in scholiorum Euripideorum novis recensionibus.

τῶν λεγομένων Καβείρων οὔ. Ita Meinekius, nisi quod pro ἂν ὁμολογεῖσθαι scripsit συνομολογεῖσθαι, pro λεγομένων καλουμένων. Putabat idem ante vocabulum καὶ excidisse verba ἐν τῷ περὶ Σαμοθρᾴκης, cf. Athen. IX. p. 372. A. Madvigius: τὴν δὲ τῶν γ' τῶν λεγομένων Καβείρων [8]. Locum in fine mutilum esse monuit etiam Cobetus.

Polemo periegeta secundum Suidam s. v. floruit sub Ptolemaeo Epiphane (Ol. CXLIV, 1 — CL, 1 id est a. 204—180 a. Chr.). Adcuratius de eius aetate disputabitur infra. Itaque Anaxandridas, contra quem Polemo scripsit, sive eius aequalis fuit sive paullo prior.

Opera Anaxandridae citantur duo; scripsit ‚Περὶ τοῦ ἐν Δελφοῖς χρηστηρίου' et ‚Περὶ τῶν συλη-θέντων ἐν Δελφοῖς ἀναθημάτων,' utrumque plus unum librum complexum. Num maioris cuiusdam operis de rebus Delphicis partes fuerint illi libri, non liquet, tamen veri non est dissimile. Unum tamen librum effecisse ea, quae sub duobus titulis adferuntur, ut putemus non adducimur, propterea quod et utriusque liber primus citatur et ipsarum reliquiarum argumenta potissimum duo illa genera repraesentant.

Liber Περὶ τοῦ ἐν Δελφοῖς χρηστηρίου citatur apud Steph. Byz.:

Παρνασσός, ὄρος Δελφῶν . . . . ἐκαλεῖτο δὲ πρότερον Λάρνασσος διὰ τὸ τὴν Δευκαλίωνος λάρνακα αὐτόθι προσενεχθῆναι. Ἔνιοι δέ φασιν ἀπὸ Παρνασσοῦ Παρνασσὸν τοὔνομα λαβεῖν, ὃν καὶ μαντεύσασθαι Πυθοῖ πρῶτον, ὡς Ἀλέξανδρός φησιν ἐν πρώτῳ περὶ τοῦ ἐν Δελφοῖς χρηστηρίου.

Libri habent ‚Ἀλέξανδρος' ex ea, de qua supra dixi, corruptela; scribendum Ἀναξανδρίδης. De Alexandro Polyhistore, ut voluit Clinto (F. H. III. p. 539, 1) et Rau-

8 De triplici Cabirorum numero cf. E. Gerhard. ‚*Griechische Mythologie*' I. §. 165 sq.

Clinton (F. H. III p. 540, 6) Stephani locum inter Alexandri Polyhistoris reliquias adfert; idem facit Rauchius l. l. p. 18, qui pro „περὶ Λυκωρείας‟ coniecit „περὶ Λυκαονίας‟ id quod recte refutat Hullemannus in commentatione de Cornelio Alexandro Polyhistore (miscell. philol. et paedag. fasc. I inserta) p. 119. Novissima Stephani verba loco suo mota esse et ad ultimam partem antecedentium pertinere recte vidit Muellerus; nam Lycuriam Arcadiae vicum, a Paus. VIII, 19, 4 memoratum, hoc loco restituendum esse, mihi persuadere non possum, neque cum Hullemanno consentio, qui pro „Λυκωρείας‟ scripsit „Λυκίας‟ et pro Ἀρκαδίας proposuit „Λυκαονίας.‟ Muellerus librum Alexandridae (sive potius Anaxandridae) Delpho mihi videtur recte tribuisse. Itaque Anaxandridas, nisi fallor, in secundo libro operis περὶ τοῦ ἐν Δελφοῖς χρηστηρίου egerit potissimum de Lycorea, ita ut ille liber ex ipso argumento titulum acciperet. (Similia de Polyhistore proposuit Rauchius l. l.) Tamen res dubia est, neque minore iure commentationem περὶ Λυκωρείας peculiare opus duorum minimum librorum habebimus; Lycoream enim oppidum fuisse in vetustissima oraculi historia haud exiguum ex Pausania videmus, qui, postquam de Parnasso res tradidit, plura de Lycorea narrans ita pergit X, 6, 2: „Ταύτην μὲν οὖν κατακλυσθῆναι τὴν πόλιν ὑπὸ τῶν ὄμβρων τῶν κατὰ Δευκαλίωνα συμβάντων· τῶν δὲ ἀνθρώπων ὅσοι διαφυγεῖν τὸν χειμῶνα ἠδυνήθησαν, λύκων ὠρυγαῖς ἀπεσώθησαν ἐς τοῦ Παρνασοῦ τὰ ἄκρα ὑπὸ ἡγεμόσι τῆς πορείας τοῖς θηρίοις, πόλιν δὲ ἣν ἔκτισαν ἐκάλεσαν ἐπὶ τούτῳ Λυκώρειαν. Λέγεται δὲ καὶ ἄλλος διάφορος λόγος τῷ προτέρῳ, — quem alterum secutus esse videtur Anaxandridas — Ἀπόλλωνι ἐκ νύμφης Κωρυκίας γενέσθαι Λύκωρον, καὶ ἀπὸ μὲν Λυκώρου πόλιν Λυκώρειαν, τὸ ἄντρον δὲ ὀνομασθῆναι τὸ Κωρύκιον ἀπὸ τῆς νύμφης· λέγεται δὲ καὶ τάδε, Κελαινὼ θυγατέρα Ὑάμῳ τῷ Λυκώρου γενέσθαι, Δελφὸν δέ, ἀφ' οὗ τῇ πόλει τὸ ὄνομα τὸ ἐφ' ἡμῶν ἐστί,

Κελαινοῦς τε αὐτὸν τῆς Ὑάμου καὶ Ἀπόλλωνος εἶναι.' Conferatur etiam Holstenius ad Stephani Byz. locum.

Simile argumentum, antiquissimae scilicet de Delphis fabulae, est in eis quae ex Anaxandrida adfert Schol. Eur. Alcest. 1:

Ἀναξανδρίδης ὁ Δελφός φησι θητεῦσαι αὐτὸν (τὸν Ἀπόλλωνα) διότι τὸν Πυθοῖ δράκοντα ἀνεῖλεν.

Cf. quae secuntur apud Paus. X, 6, 5. Denique sine dubio ex libro *περὶ τοῦ ἐν Δελφοῖς χρηστηρίου* Plutarchus sumpsit ea, quae habet Quaestt. Gr. IX:

Τίς ὁ παρὰ Δελφοῖς Ὁσιωτὴρ καὶ διὰ τί Βύσιον ἕνα τῶν μηνῶν καλοῦσιν; . . . . Ἔστιν οὖν Πύσιος ὁ Βύσιος, ἐν ᾧ πυστιῶνται καὶ πυνθάνονται τοῦ θεοῦ. Τὸ γὰρ ἐννοεῖν καὶ πάτριον. Ἐν τῷ μηνὶ γὰρ τούτῳ χρηστήριον ἐγίγνετο, καὶ ἑβδόμην ταύτην νομίζουσι τοῦ θεοῦ γενέθλιον, καὶ πολύφθοον ὀνομάζουσιν, οὐ διὰ τὸ πέττεσθαι φθόϊς, ἀλλὰ πολυπευθῆ καὶ πολυμάντευτον οὖσαν. Ὀψὲ γὰρ ἀνείθησαν αἱ κατὰ μῆνα μαντεῖαι τοῖς δεομένοις· πρότερον δὲ ἅπαξ ἐθεμίστευεν ἡ Πυθία τοῦ ἐνιαυτοῦ κατὰ ταύτην τὴν ἡμέραν, ὡς Καλλισθένης καὶ Ἀναξανδρίδης ἱστορήκασι [12].

Quod Plutarchus Anaxandridae libros legerat, non mirum est, cum ipse Delphis saepe et diu versatus esset eaque omnia, quae ibi memoria digna fuerunt, optime novisset. Itaque fieri vix potuit, quin Delphici scriptoris de Delphis librum in manibus habuerit. Citat Anaxandridam etiam in vita Lysandri c. 18, de quo loco agemus infra.

Venimus ad alterum Anaxandridae Delphi librum, qui inscriptus erat *Περὶ τῶν συληθέντων ἐν Δελ-*

---

12 De re cf. Muelleri Scriptorum de rebus Alexandri Magni fr. (Callisth. fr. 4). O. Mueller. Dor. I, 212, 2; 329, 3. C. F. Hermann. de anno Delphico p. 26.

φοῖς ἀναθημάτων. Cuius librum primum memorat Zenob. Cent. I, 57 (n. 207 in cod. Bodl.):

Ἄκρον λάβε, καὶ μέσον ἕξεις: Ἀπελλαῖοι περισωθέντες ἀπὸ τοῦ περὶ Κλεισθένην πολέμου ἐπυνθάνοντο τοῦ θεοῦ πότερον τὴν προτέραν αὐτῶν ἀνοικήσειαν πόλιν ἢ ἑτέραν ποιήσουσιν. Ἀπεκρίνατο δὲ ἡ Πυθία, Πείθου ἐμοῖσι λόγοισιν· ἄκρον λάβε, καὶ μέσον ἕξεις. Καὶ ἄκραν ἔχουσαν τὴν πόλιν ᾤκησαν καταλαβόμενοι. Ἡ ἱστορία παρα Ἀναξανδρίδῃ ἐν πρώτῃ περὶ τῶν συληθέντων ἐν Δελφοῖς ἀναθημάτων.

Pro ‚*Ἀπελλαῖοι*' scribendum esse videtur ‚*Αἰγιναῖοι.*' Hullemannus voluit ‚*Κιρραῖοι*' et pro ‚*ἀνοικήσειαν*' ‚*ἀνοικίσειαν.*' Pro *ἄκραν* Leutschius recte *ἄκρον.* — Secundum Pausaniam (X, 37, 6) *οἱ ἐν τῇ Κίρρᾳ ἄλλα τε ἠσέβησαν ἐς τὸν Ἀπόλλωνα καὶ ἀπετέμνοντο τοῦ θεοῦ τῆς χώρας.* Clisthenes Sicyonius ab Amphictyonibus dux factus Cirrham expugnavit, *οἱ μὲν οὖν Κιρραῖοι εἰς τὴν παρακειμένην τῷ Παρνασῷ Κίρφιν, ὄρος οὕτω καλούμενον, ἀπέφυγον, ὅσοι δὴ καὶ περιλειφθέντες ἐτύγχανον* [13]. Illi sex annis post a Thessalis victi esse dicuntur, et pauci, qui reliqui erant, deum de condenda urbe consulentes, id oraculum accepisse, quod est apud Zenobium. Sed apud alios eadem de Aeginetis narrantur: *Ἄκρον λάβε, καὶ μέσον ἕξεις· ἐπὶ τῶν δυςφράστων καὶ δυςνοήτων. Οἱ γὰρ τὴν Αἴγιναν οἰκήσαντες, πολέμῳ ἐκπεσόντες τῆς πατρίδος, ἐχρήσαντο τῷ θεῷ· ὁ δὲ τὸ εἰρημένον αὐτοῖς ἀνεῖλεν· οἱ δὲ συμβαλόντες τὸν χρησμόν, ἀκρωτήριόν τι κατασχόντες κατὰ μέσον ᾤκησαν. Ἀπὸ δὲ ταύτης τῆς αἰτίας ὅταν τι δυςνόητον θέλωμεν αἰνίττεσθαι, χρώμεθα τῷ προειρημένῳ.* Apostol. II, 26. Arsen. 35. Suid. s. v. *Ἄκρον λάβε.* Itaque etiam quod legimus apud Zenobium: *ΑΠΕΛΛΑΙΟΙ* sine dubio ortum est ex *ΑΙΓΙΝΑΙΟΙ*. Concludendum igitur

---

13 Ita schol. Pind. Proleg. Pyth. cf. Strabo IX, 419. Meineke, analecta Alexandrina p. 45 sq. Clinto F. H. I. p. 207 Krueger.

δριδης, et apud schol. Eur. Orest. 1632. (cod. Flor. 33): *Πολέμων δὲ καὶ ἐν τῷ δ' τῶν πρὸς Ἀλεξανδρίδην κτλ.*

Hemsterhusius ad Polluc. IX, 59 p. 1024 sq., tum ad schol. Arist. Plut. 926 distinxit comicum Anaxandridem et Alexandridem historicum atque suum cuique nomen vindicare conatus est. Deceptus autem fuit V. Cl. falsis librorum lectionibus. Contra illum primus recte Hullemannus l. l. p. 125 sq. disputavit et Anaxandridae nomen scriptori Delphico reddidit, in ipsa tamen argumentatione erravisse mihi videtur. Dicit enim p. 126: 'videtur igitur apud Stephanum nomen Ἀναξανδρίδης primum in Ἀλεξανδρίδης abiisse, deinde in Ἀλέξανδρος.' Corruptela alia ratione orta est. Notum enim est nominum propriorum ultimas syllabas, dummodo sint paullo notiores, a librariis compendii caussa saepe omissas esse [2], quo factum est, ut patronymica potissimum commiscerentur cum pri-

2 Ita in libris inveniuntur *Ἴσος, Δῆμος, Σοφός, Ξένος* pro *Ἰσοκράτης, Δημοσθένης, Δημήτριος, Σοφοκλῆς, Ξενοφῶν*, qua ex re haud paucos scriptorum errores natos esse apparet. Aliud exemplum adfert Bastius (Commentat. palaeogr. p. 798 sq) de Aristotelis nomine, cuius compendiose scribendi modus is fuit, ut omissa syllaba *λης* superscriberetur ε litterae τ. 'Sic factum in cod. SGerm. 345; aliis in codicibus iisque recentiorum temporum repetitur etiam *ἀριστο* (superscr. *τλ*). Si omittuntur duae syllabae *τελης*, superscribitur ō, quod restat legi potest *ἄριστος*: unde orta confusio nominum *ἄριστος* et *Ἀριστοτέλης* v. Epist. p. 134 cett. . . . . Similia occurrunt permulta. Ita factum est ut mutationes inveniantur inter *Ἀριστοτέλης* et *Ἀριστόνικος* et *Ἀριστοφάνης*, aliae.'

3 Exempli caussa *Κλέανδρος* et *Κλεανδρίδης* et *Κλεάνδριας* (cf. Plut. Nic. 28. Pericl. 23. Diod XIII, 105. Aristoph. Nub. 857. Suid. s. v. *δέον*), *Φρασικλῆς* et *Φρασικλείδης* (Diod. IX. p. 281. D.) *Εὔβουλος* et *Εὐβουλίδης* (Lys. p. 157. v. 21). Plura adfert Hemsterh. ad Arist. Plut. 926 et ad Lucian. Tim. p. 159. cf. Passow opusc. p. 303 sq. Lobeck Agl. p. 982. Nauck Aristoph. Byz. fr. p. 2 n. 3. Lehrs de stud. Arist. p. 4. Mueller fr. hist. Gr. I. p. LXXXII. Mehler Mnaseae Patarensis fr. p. 8.

mitivis nominibus [3]. Simili ratione etiam ex vocabulo Ἀλεξανδρίδης videtur ortum esse ,Ἀνάξανδρος' sive Ἀναξανδρ . . . cum signo quodam compendii. Ex ,Ἀνάξανδρος' autem facillime natum esse ,Ἀλέξανδρος' patet. Ita ne exempla desint in Paus. IV, 15, 1 ,Ἀλέξανδρον' pro ,Ἀνάξανδρον' habent Mosq. et Ald. Etiam Paus. IV, 22, 3 ,παρὰ Ἀλέξανδρον' est pro ,παρὰ Ἀνάξανδρον' in cod. Mosq. (cf. Siebelis.). Mirum igitur non est, quod saepius ,Ἀλέξανδρος' lectio invenitur pro ,Ἀναξανδρίδης,' ut apud Aristot. Rhet. III, 10, ubi olim legebatur ,Ἀλέξανδρος,' nunc recte legitur ,Ἀναξανδρίδης.' (Hemsterh.). Huc pertinent etiam quae supra adtuli ex Zenob. Cent. 1, 57, n. 207 cod. Bodl. et ex Stephano Byz. s. v. Παρνασσὸς et Αὐλη. Ex voce ,Ἀλέξανδρος' ita orta tum factum est (fortasse propter ipsam compendii notulam a librario postea observatam et dissolutam) ,Ἀλεξανδρίδης,' id quod habemus apud schol. Arist. Plut. 925 et schol. Eurip. Orest. 1632 [4]. Tamen adferat fortasse quispiam eodem modo quo ex ,Ἀναξανδρίδης' factum sit ,Ἀλεξανδρίδης' vice versa potius nasci potuisse ex ,Ἀλεξανδρίδης' ea scriptura, quae una recta habenda sit, primum ,Ἀλέξανδρος,' tum ,Ἀνάξανδρος,' postremo ,Ἀναξανδρίδης,' ita ut ,Ἀναξανδρίδης' lectio sit corrupta, non ,Ἀλεξανδρίδης.' At huius mutationis ne unum quidem exstat exemplum. Accedit, quod omnino ,Alexandridae' nomen, quantum scio, apud Graecos scriptores nusquam invenitur, ,Anaxandrides' contra, sive potius Dorica nominis forma ,Anaxandridas,' occurrit saepissime et — id quod maximum est — Delphis quoque ipsis, ut apparet ex inscriptionibus Delphicis apud Curtium Anecd. Delph. p. 72 tit. 35: ,Ἄρχοντος Ἀριστίωνος τοῦ Ἀναξανδρίδα' et apud Foucartium et Wesche-

---

4 Alia exempla harum mutationum inveniuntur apud Meinekium hist. crit. com. p. 370 sq. 488. Hullemann. p. 126 sq. Hemsterh. l. l

est, a Zenobio sive ab eo, quem secutus est ille, quae sunt de Cirrhaeis translata esse ad Aeginetas, quales errores apud posteriores illos homines natos esse saepissime notum est. In Anaxandridae libro rem de Cirrhaeis traditam fuisse credo, illi enim inter primos eorum, qui Apollinem spoliaverunt, habebantur, et Anaxandridas, cum ageret *περὶ τῶν συληθέντων ἐν Δελφοῖς ἀναθημάτων*, Cirrhaeorum etiam sacrilegia exposuisse videtur initio operis, id est in libro primo. Fortasse eodem fonte usus est Anaxandridas, quo Plutarchus, qui de eodem bello agit in v. Solon. c. 11, ibique laudat *τὰ Δελφῶν ὑπομνήματα.* Anaxandridas tum alias rapinas narraverit, inprimis celeberrimam illam Phocensium, Philippi Macedonis tempore factam, qua innumerabilis donariorum multitudo, inter quae monumenta optimi generis fuerunt, direpta esse dicuntur. Itaque Anaxandridas cum *περὶ τῶν συληθέντων ἐν Δελφοῖς ἀναθημάτων* scriberet, sine dubio illa potissimum artis opera memoraverit, periegetarum more descripserit, quaeque de eis memoria digna essent exposuerit. Et sane res tanto studio digna fuit. Fuerunt enim donaria res variae deis in sacris locis dedicatae, saepissime egregia arte sive magno pretio excellentes, signa et anaglypha ex marmore, aere, argento, auro facta, tabulae pictae, textilia, supellectiles sive figlinae sive aheneae, tripodes, vasa, alia multa huius generis, quae omnia enumerare vix quisquam poterit [14]. In eiusmodi donariis describendis, in fabulis de illis enarrandis periegetae cum libenter versarentur, sublevabantur etiam indicibus publicis a quaestoribus sacrarum opum ex

14 Minutioris illius supellectilis singula genera tantum non omnia enumerat Epicharmus *ἐν τοῖς Θεαροῖς* ap. Athen VIII. p 362 B, cf. IX. p. 408. D *οἱ θεωροὶ καθορῶντες τὰ ἐν Πυθοῖ ἀναθήματα καὶ περὶ ἑκάστου λέγοντές φασι καὶ τάδε· κιθάρα, τρίποδες, ἅρματα, τράπεζαι χαλκέαι, χειρόνιβα, λοιβάσια, λέβητες χάλκεοι, κρατῆρες, ὀδελοί.* Preller. in Polemon fr. p. 65.

officio propositis, quales memorantur apud Polluc. X, 126: *καὶ σταθμία δὲ χαλκᾶ ἐν τῇ ἐπ' Ἀλκιβιάδου ἄρχοντος ἀναγραφῇ τῶν ἐν ἀκροπόλει ἀναθημάτων ἀναγέγραπται*[15].

Tale igitur fuisse Anaxandridae studium docemur duobus testimoniis ex modo laudato opere ut videtur sumptis. Schol. Aristoph. Plut. 925, quem exscripsit Eudocia p. 92:

Σίλφιον βοτάνη πολυτίμητος. Ἡ δὲ αἰτία τοιαύτη ἐστί. Βάττος, ὁ καὶ Ἀριστοτέλης, πόλιν ἐν Λιβύῃ Κυρήνην [λεγομένην] ἔκτισε κατὰ τὸν δοθέντα αὐτῷ παρὰ τοῦ Ἀπόλλωνος χρησμόν· καὶ οἱ πολῖται οἱ Κυρηναῖοι ἀνταπόδοσιν τῆς εὐεργεσίας βουλόμενοι χαρίσασθαι τῷ βασιλεῖ, ἐποίησαν δακτύλιον, ἐν ᾧ ἡ πόλις αὐτῶν προσφέρει τῷ βασιλεῖ τὸ σίλφιον. Καὶ τὸ φύλλον δὲ αὐτοῦ καὶ ὁ καρπὸς καὶ ὁ καυλὸς καὶ ὁ ὀπὸς καὶ ἁπλῶς τὸ πᾶν αὐτοῦ πολλῆς τιμῆς ἄξιόν ἐστιν. Καὶ οἱ Ἀμπελιῶται δὲ ἔθνος Λιβύης εἰς Δελφοὺς ἀνέθεσαν καυλὸν σιλφίου, ὥς φησιν Ἀναξανδρίδης.

Alterum fragmentum est apud Plut. Lys. cap. 18:

Ὁ δὲ Λύσανδρος ἔστησεν ἀπὸ τῶν λαφύρων ἐν Δελφοῖς αὑτοῦ χαλκῆν εἰκόνα καὶ τῶν ναυάρχων ἑκάστου καὶ χρυσοῦς ἀστέρας τῶν Διοσκούρων, οἳ πρὸ τῶν Λευκτρικῶν ἠφανίσθησαν. Ἐν δὲ τῷ Βρασίδου καὶ Ἀκανθίων θησαυρῷ τριήρης ἔκειτο διὰ χρυσοῦ πεποιημένη καὶ ἐλέφαντος δυεῖν πηχῶν, ἣν Κῦρος αὐτῷ νικητήριον ἔπεμψεν. Ἀναξανδρίδης δὲ ὁ Δελφὸς ἱστορεῖ καὶ παρακαταθήκην ἐνταῦθα Λυσάνδρου κεῖσθαι τάλαντον ἀργυρίου καὶ μνᾶς πεντήκοντα δύο καὶ πρὸς τούτοις ἕνδεκα στατῆρας, οὐχ ὁμολογούμενα γράφων τοῖς περὶ τῆς πενίας τοῦ ἀνδρὸς ὁμολογουμένοις.

Huc pertinere videntur etiam quae sunt cap. 12:

Ἦσαν δέ τινες οἱ τοὺς Διοσκούρους ἐπὶ τῆς Λυσάνδρου νεὼς ἑκατέρωθεν, ὅτε τὸ λιμένος ἐξέπλει πρῶτον ἐπὶ τοὺς πολεμίους, ἄστρα τοῖς οἴαξιν ἐπιλάμψαι λέγοντες.

Ex Anaxandrida sumpsisse Plutarchum ea, quae

---

15 Exempla exstant in C. I. Gr. 150 sq. cf. 2852 et Boeckh. ibid. vol. I. p. 173. V. Preller. l. l.

dicit, de Lysandri desposito Delphico, per se apparet, tamen etiam alia, quae sunt de Lysandri statua in cap. 18 et de Dioscuris in capp. 18 et 12. l. l., ex eodem hausisse videtur, et propter argumentum ipsum et propterea, quod Polemonis ἀντιγραφῇ, de qua diximus iam supra, idem adtingit. Itaque Anaxandridas eadem fere videtur narravisse, quae sunt de donariis istis Delphicis apud Paus. X, 9, 4 sq., qui multa de eis et de artificibus narrat [16]. Quae cum ipse viderit Pausanias, patet ea opera a sacrilegis Phocensibus non ablata esse, ita ut Anaxandridas non de raptis solum donariis egisse, sed alia etiam in ipsa enarratione, cum occasio daretur, adtigisse videatur.

Polemonis liber adversus Anaxandridam scriptus potissimum contra eius περὶ τῶν συληθέντων ἐν Δελφοῖς ἀναθημάτων opus videtur compositus esse. Ex eo quod apud schol. Eur. Or. 1632 quartus illius scripti liber citatur, de magnitudine operis concludendum est; simul idem testimonium Anaxandridae quoque librum non exiguum fuisse probat. Polemonem cum Phocensium res tractasse, tum de Delphis peculiare opus scripsisse, quod inscriptum erat περὶ τῶν ἐν Δελφοῖς θησαυρῶν, scimus; itaque, cum accuratius de ea re agendum sit, quaestionem infra instituamus in commentatione de Polemone. — Agendum est etiam de loco Athenaei V. p. 210 B:

Ἡγήσανδρος δ' ὁ Δελφὸς ἐν τῷ ἐπιγραφομένῳ Ὑπομνήματι ἀνδριάντων καὶ ἀγαλμάτων, Γλαύκου φησὶ τοῦ Χίου τὸ ἐν Δελφοῖς ὑπόστημα, οἷον ἐγγυθήκην τινὰ σιδηρᾶν, ἀνάθημα Ἀλυάττου· οὗ Ἡρόδοτος μνημονεύει, ὑποκρητηρίδιον αὐτὸ καλῶν. Καὶ ὁ Ἡγήσανδρος ταῦτα λέγει.

Cf. Herod. I, 25. — Alterutro loco Athenaei verba

---

16 Eadem quae sunt ex Anaxandrida apud Plutarchum narrat Cicero de divin. I, 34 ex Callisthene, ut videtur. Cf. Mueller. Scr. Alex. M. p. 14 (Callisthenis fr. 9) Plut. de Pythiae orac. cap. 8.

corrupta esse atque reponendum Anaxandridam Delphum putavit Muellerus fr. hist. Gr. IV. p. 422. Priore loco Anaxandridae nomen restituere vix audeam, propterea quod Hegesander Delphus, ut postea videbimus, fuit scriptor *ὑπομνημάτων*; et in nostro loco eius *ὑπόμνημα* citatur. Itaque altero loco pro *Ἡγήσανδρος* scribendum fortasse *Ἀναξανδρίδης*. Corruptela quidem facillime potuit nasci ex compendio *Ἀνάξανδρος*, quod vocabulo *Ἡγήσανδρος* sive *Ἀγήσανδρος* eo facilius a librario potuit mutari, cum Hegesandri nomen apud Athenaeum saepissime, Anaxandridae contra nusquam occurreret. De Hegesandri libello uberius disputabitur infra.

Anaxandridam, ut in libro *περὶ τοῦ ἐν Δελφοῖς χρηστηρίου* oraculi fabulas inde a primordiis narrasse videtur, in eo, quem *περὶ τῶν συληθέντων ἐν Δελφοῖς ἀναθημάτων* composuit, sacrilegiorum historiam dedisse concludendum est ex reliquiis, in qua historia de artis operibus Delphis servatis multa exposuerit. Neque hoc mirum est, cum ea aetate vixerit scriptor, qua rapinarum illarum memoria instaurata apud omnes fuit irruptione illa Gallorum (Ol. CXXV, 3, i. e. a. 278 a. Chr. n.), quae omnium Graecorum animos vehementissime moverat; tum Delphi in summo periculo fuerunt temporaque bellorum Persici et Phocensis iterum adfuisse visa sunt. Neque veri dissimile est Gallorum impetum, etiamsi ex templo Delphico nihil rapuerint [17], tamen caussam fuisse, qua permotus scriptor Delphis natus consilium caperet de sacrilegiis Delphicis librum componere simulque periegetarum ratione describendis artis monumentis operum dare. Et profecto non casu quo-

---

17 Hoc probasse mihi contra Wachsmuthium (‚*Die Niederlage der Kelten von Delphi*‘ in de Sybeli libro ‚*Historische Zeitschrift*‘ a. 1868) videtur Wieselerus in disputatione quae inscripta est ‚*Epilog über den Apollon Stroganoff und den Apollon von Belvedere*‘ in de Leutschi Philol. XVI. p. 247 sq.

dam accidit, ut Anaxandridae opus eandem fere haberet inscriptionem, quam eius scriptoris, qui de bello sacro Phocensi inprimis laudatur, Theopompi Chii, inter cuius libros unum fuisse scimus, qui inscriptus fuit „σύγγραμμα περὶ τῶν συληθέντων ἐκ Δελφῶν χρημάτων"[18], in quo de eis potissimum opibus egerat rerum scriptor, quae in bello sacro a Phocensibus ablatae erant. Videtur Theopompus ipsis Delphis quaestiones instituisse, idque eo studio, ut dignam rem haberet, cui inprimis magnam curam tribueret. Tamen Theopompi τὸ σύγγραμμα περὶ τῶν συληθέντων ἐκ Δελφῶν χρημάτων non peculiare opus sed Philippicorum particula videtur fuisse, ex more Theopompi, quem libenter excursus in libris suis facere solitum esse constat[19], praecipue cum ipsum argumentum cum bello Phocensi (de quo Theopompus non exigua diligentia egit Philippicorum libris ut videtur XXVI—XXX) arctissime esset coniunctum. Neque omnino scriptores belli de pecuniis et donariis raptis narrationes Delphicas silentio praetermittere potuerunt. Itaque qui posteriore tempore de eadem re scribebant, cum ipsa donaria non amplius adessent, ad Theopompi librum confugere solebant, neque a vero aberrabimus, si Anaxandridam sive Theopompi

18 Cf. Athen. XII. p. 532 D. XIII. p. 604 F, 605 A-D. Paus. III, 10. 4. Wichers, Theopompi Chii fragmentorum coll. Lugd. Bat. 1829. Mueller., fr. hist. Gr. I. p. LXV sq. 278 sq.

19 Ita exempli caussa etiam librum XIII Philippicorum citatum invenimus ut peculiare opus, quod inscriptum fuerit περὶ θαυμασίων, cf. Muelleri fr. hist Gr. I. p. LXX. De Theopompi more digressiones faciendi in libris suis v. Dionys. Hal. ep. ad Cn. Pomp. p. 131. Phot. bibl. cod. 176. Factum est ea consuetudine scriptorum ut in litteris Graecis saepissime opera de aliqua re peculiaria adferantur suisque titulis citentur, cum re vera nihil nisi maioris libri partes sint. Res nota est et a multis tractata; cf. O. Iahn. Palamed. p. 32 sq. Prellerus Polem. p. 20. Muellerus fr. Hist. Gr. I. p. XIX. XXV sq.

librum novisse et secundum illum suum inscripsisse, sive librarium quendam propter simile argumentum Anaxandridae libro similem titulum dedisse suspicemur. Tamen ea re non adduci debemus, ut scribamus pro ‚περὶ τῶν συληθέντων ἐν Δελφοῖς ἀναθημάτων‘, π. τ. σ. ἐκ Δελφῶν ἀναθημάτων.‘ Etiam id non exiguum videtur, quod apud Theopompum scriptum est ‚χρημάτων,‘ apud Anaxandridam ‚ἀναθημάτων‘: ex quo discrimine, quid uterque potissimum sibi voluerit scriptor, cognoscendum est.

Quod ad fidem Anaxandridae adtinet, ea quae de Lysandro contra eum dicit Plutarchus, non magni sunt momenti, pluris autem aestimandum est, quod contra eum Polemo scripsit librum non parvum, siquidem quattuor libros continuit Polemonis ἀντιγραφή. Polemoni autem, ut in aliis rebus ita etiam in eis, quae de Delphis narrat, auctoritatem tribuendam esse haud exiguam, in sequentibus demonstrare conabimur.

POLEMO ILIENSIS.

Polemo Iliensis, periegetarum fere inlustrissimus, etiam inter Scriptores Rerum Delphicarum non ultimum locum obtinet [1].

Suidas: *Πολέμων, Εὐηγέτου, Ἰλιεύς, κώμης Γλυκείας ὄνομα, Ἀθήνησι δὲ πολιτογραφηθείς. [διὸ ἐπεγράφετο Ἑλλαδικός] ὁ κληθεὶς περιηγητής, ἱστορικός. Γέγονε δὲ κατὰ Πτολεμαῖον τὸν Ἐπιφανῆ. κατὰ δὲ Ἀσκληπιάδην τὸν Μυρλεανὸν συνεχρόνισεν Ἀριστοφάνει τῷ γραμματικῷ, καὶ διήκουσε καὶ τοῦ Ῥοδίου Παναιτίου. Ἔγραψε περιήγησιν, τὰ πρὸς Ἀδαῖον καὶ (Ἀντίγονον),* Ἰλίου ἐν βιβλίοις γ', κτίσεις τῶν ἐν Φωκίδι πόλεων, καὶ περὶ τῆς πρὸς Ἀθηναίους συγγενείας αὐτῶν †, κτίσεις τῶν ἐν Πόντῳ πόλεων,*

1 Polemonis periegetae fragmenta collegit, digessit, notis auxit L. Preller. Accedunt de Polemonis vita et scriptis et de historia atque arte periegetarum commentationes. Lipsiae 1838. — Censuram libri scripsit O. Iahn, ‚*Jahrbücher für wissenschaftliche Kritik*' 1840. p. 585 sq. — Muellerus fr. hist. Gr. III. p. 108 sq. fere totus nititur quaestionibus Prelleri. — E. Egger. ‚*Polémon, le voyageur archéologue,*' (*Revue archéologique des 15. Octobre et 15. Novbr. 1846*), repet. in libro qui inscribitur ‚*mémoires d'histoire ancienne et de philologie*' Paris. 1863 p. 15 sq. Liber fere nihil novi praebet. Quid sibi voluerit Eggerus patet ex ipsius verbis p. 15: ‚— *en publiant la présente esquisse . . nous croyons devoir avertir le lecteur savant, qu'il n'y trouvera pas ce genre d'intérêt, et que notre intention à été simplement de réunir dans un cadre historique quelques traits propres à caractériser et à faire aimer les études d'archéologie.*' — Nos cum Polemonis de rebus Delphicis solum scripta tractare in animo habeamus, ea tantum, quae huc pertinent adferamus, de aliis qui doceri volunt ad Prellerum delegantes.

περὶ τῶν ἐν Λακεδαίμονι ἀναθημάτων, καὶ ἄλλα πλεῖστα. [ἐν οἷς καὶ κοσμικὴν περιήγησιν ἤτοι γεωγραφίαν].

Cf. Eudocia p. 362. — Suidae locus incredibili modo corruptus est neque aliud quid praebet nisi apparatum tumultuarium, quem Byzantini homines ad brevitatem redegerint (Bernhardy). Praeterea quae illi non intellexerunt etiam altera adhuc manu interpolata videntur. — Γλυκείας] recte A. B V E, ceteri Γλυκύας, Eudocia Λυκίας. ,Γλαυκία, Ἰωνίας πολίχνιον' Steph. Byz., 'fortasse idem nomen fuit Polemonis patriae,' Mueller. fr. hist. Gr. p. 108. cf. Preller. l. l. p. 6. — διὸ ἐπεγράφετο Ἑλλαδικός] Helladicus nomen libri fuit Polemoni tributi, non ipsius periegetae, cf. Athen. XI. p. 479 F. XIII. p. 606 A, quod cum non intellegeret sive ipse Suidas sive librarius, qui illum interpolavit, in textum recepit et Polemoni ut cognomen adscripsit. — Vocem ἱστορικὸς omisit Eudocia. — Διήκουσε καὶ τοῦ Ῥοδίου Παναιτίου] ,Hoc vix admittit ratio temporis. Vide Ionsium de script. hist. philos. libr. II. c. 13.' (Kuster.) ,Intercidisse aliquid censet Bernhardy, conici possit διῆκε μέχρι τοῦ Ῥ. Π.' (Mueller). Malim equidem mutato ordine sic scribere: διήκουσεν Ἀριστοφάνους τοῦ γραμματικοῦ καὶ συνεχρόνισε τῷ Ῥοδίῳ Παναιτίῳ, cf. infra. — Ἔγραψε περιήγησιν] post περιήγησιν inserit cod. *V: τὰ πρὸς Ἀδαῖον καὶ (adde Ἀντίγονον cf. Athen. XI. p. 462 A, V. p. 210 A; Preller. p. 97 sq.),' quod in textum recepi. Tum ante Ἰλίου lacuna statuenda est; excidisse videtur ,περιήγησιν,' qua voce factum est fortasse, ut librarius, eum oculis aberraret ab antecedente vocabulo 'περιήγησιν' ad sequens, quae in medio fuerint omiserit. Ceterum etiam post prius 'περιήγησιν' fortasse nomen terrae cuiusdam excidit. — Κτίσεις τῶν ἐν Πόντῳ πόλεων] sic ex codd. Paris. Kusterus, in prioribus editionibus et apud Eudociam legitur κ. π. τ. πρὸς Ἀθηναίους συγγενείας τῶν ἐν Πόντῳ πόλεων. Quid sibi velint verba κ. π. τ. π. Ἀ. συγγενείας αὐτῶν, intellegi nequit. Cf. infra. — ἐν Λακεδαίμονι ἀνα-

θημάτων] in codd. pro *ἀναθημάτων* est *πόλεων*, quod V omisit; vocabulum repetitum videtur a librario ex antecedente, *ἀναθημάτων* scribendum esse apparet ex Athen. XIII. p. 574 C. cf. O. Iahn. l. l. p. 591. — *καὶ ἄλλα πλεῖστα*] haec ultima verba Suidae. Quae secuntur nihil sunt nisi absurdum additamentum hominis Byzantini cf. infra p. 29 et Preller. p. 22 sq.

Polemo, Euegeti filius, I l i e n s i s fuit ex vico, cui nomen Glyceae. Aliud quidem doceri videmur ab Athen. VI. p. 234 D: *Πολέμων γοῦν, ὁ εἴτε Σάμιος ἢ Σικυώνιος εἴτ' Ἀθηναῖος ὀνομαζόμενος χαίρει, ὡς ὁ Μοψεάτης Ἡρακλείδης λέγει καταριθμούμενος αὐτὸν καὶ ἐπ' ἄλλων πόλεων.* Samius vel Sicyonius vel Atheniensis Polemo appellatus esse videtur propter multa itinera, quae instituit in celeberrimas Graeciae urbes. cf. O. Iahn. l. l. p. 587. Ceterum eosdem homines interdum cives fuisse complurium civitatum scimus. Exemplum exstat in C. I. Gr. n. 2811 b, ubi de Menandro quodam Apollonii F. Menandri F. Aphrodisiensi haec dicuntur v. 37 sq.: ‚*ἔστιν δὲ καὶ πολείτης πόλεων τῶν ὑπογεγραμμένων· Περγαμηνῶν, Ἀντιοχέων Καισαρέων Κολωνῶν.*‘ cf. Egger. l. l. p. 20 [2].

De t e m p o r e, quo vixerit Polemo, docemur Suidae testimonio. Ptolemaeus Epiphanes regnavit Ol. CXLIV, 1 — CL, 1, i. e. a. 204—180 a. Chr. n. Secundum Asclepiadem Myrleanum, qui Pompei tempore vixit et librum composuit *περὶ γραμματικῶν*, in quo de Polemone videtur egisse [3], Polemo aequalis fuit Aristophanis grammatici, qui vixit Ol. circa CXXX, 1 — CXLVIII, 4, i. e. a. 260 —185 a. Chr. n. (cf. Ritschl, *Alex. Bibl.* p. 90). Sed cum his nullo modo consentit id, quod est apud Suidam,

2 Quin Iliensis fuerit Polemo, dubitandum non videtur. Nomen quidem usitatum fuisse in agro Iliensi confirmatur Delphica inscriptione nuper detecta apud Foucart. et Wescher. tit. 18. v. 269 sq., ubi memoratur Polemo quidam Milesii filius, et ipse Iliensis.

3 Cf. Mueller, fr. Asclep. Myrl. in fr. hist. Gr. III. p. 299.

auditorem eum fuisse Panaetii Rhodii. Panaetius enim floruit Ol. CXLVIII, 4 — CLXVII, 1, i. e. a. Chr. n. 185 —112, ita ut Polemonis aequalis esse non potuerit. Omitto varias de hac re coniecturas (v. apud Prellerum p. 65); unum negandum non est, sive ipsum Suidam in eo, quod dixit, errasse, id quod putat Prellerus, sive in librorum scriptura corruptelam inesse. Polemonem ad tempora ferme Panaetii pervenisse credendum est, quare mihi non displicet Muelleri coniectura scribentis ‚διῆκε μέχρι τοῦ Ῥ. Π.' (Magis ad litterarum similitudinem accedat ‚διῆκεν ἐς καιρὸν τοῦ Ῥ. Π.') Itaque Polemo versus finem saeculi tertii et initium secundi a. Chr. n. ponendus esset, id est circa tempus belli Punici secundi et postea, quocum consentirent etiam tempora eorum, contra quos libros composuerat, ut demonstravit Prellerus p. 8 sq. Tamen alio fortasse modo de Panaetio difficultatem solvendam esse mihi venit in animum. Totum enim Suidae locum valde turbatum esse docuerunt Bernhardy aliique [4]. Itaque fortasse verba συνεχρόνισεν et διήκουσε transmutanda sunt, ut sic legamus: ‚κατὰ δὲ Ἀσκληπιάδην τὸν Μυρλεανὸν διήκουσεν Ἀριστοφάνους τοῦ γραμματικοῦ καὶ συνεχρόνισε Ῥοδίῳ Παναιτίῳ.' Tum omnia quadrarent; fuit tum scriptor iuvenis sub Epiphane Aristophanis discipulus et potuit etiam Panaetii aetatem ita adtingere, ut eius aequalis dici posset [5]. Ita quidem difficultas facilius solvitur, quam eo quod proposuit O. Iahnius l. l. p. 586, verba ‚κατὰ δὲ Ἀσκληπιάδην τὸν Μυρλεανὸν συνεχρόνισεν Ἀριστοφάνει τῷ γραμματικῷ καὶ διήκουσε καὶ τοῦ Ῥοδίου Παναιτίου'

---

4 Ionsius de scr. hist. phil. lib. II. cap. XIII. p. 212 dicit: ‚— vel Suidae verba ista διήκουσε καὶ τοῦ Ῥοδίου Παναιτίου omnino delenda, vel ita mutanda: διήκουσεν αὐτοῦ ὁ Ῥόδιος Παναίτιος.'

5 Aristophanis discipulum fuisse Polemonem suspicati sunt etiam Ionsius l. l. Harles. ad Fabr. bibl. Gr. IV. p. 119. Heyne opusc. vol. X. p. 12.

orta esse ex aliis, quae de Asclepiade Myrleano disputarentur, ut Myrleanus distingueretur ab altero Asclepiade (cf. Preller. p. 7), errore autem in Suidae farraginem etiam illa esse inlata. Utut est, sine dubio non errabimus, si aetatem Polemonis ponimus circa Ol. CL, i. e. a. 180 a. Chr. n. Eorum, adversus quos scripsit, aetate proximus fuit Eratosthenes, qui vixit Ol. CXXVI, 2 — CXLVI, 3, i. e. a. 275—194 a. Chr.[6] Alius contra quem disputavit Polemo Neanthes fuit Cyzicenus, cuius opus 'Αἱ περὶ Ἄτταλον ἱστορίαι' inscriptum laudatur apud Athen. XV. p. 699 D. cf. Muelleri fr. hist. Gr. III. p. 2. Attalus regnavit circa Ol. CXXXIV, 4 — CXLV, 4, i. e. a. 241—197 a. Chr. n.[7]. Sed fuit Neanthes secundum Suidam discipulus Philisci Milesii Isocratei, qui etiam Timaei magister fuit. Timaeus vixit Ol. CVII, 1 — CXXX, 1 i. e. a. 352—256 a. Chr. n. (Muelleri fr. hist. Gr. I p. L), expulsus e Sicilia Athenas venit circa Ol. CXVII, 3, i. e. a. 310 a. Chr. n.; Neanthes igitur iuvenis Philiscum senem audiverit, cuius discipulus fuerit Timaeus multo antea; itaque Neanthes ultimis Attali regis temporibus tam provecta aetate fuit, ut valde sit dubium, num usque ad mortem regis res ab illo gestas perduxerit (Mueller l. l. III. p. 2). Tamen non erremus, puto, si circa Ol. CXXXVII, 3 i. e. a. Chr. n. 230 eum adhuc floruisse statuamus. Eodem tempore Ister vixit, Callimachi δοῦλος καὶ γνώριμος (Suidas), contra quem Polemo scripsit; Callimachus maxime floruit regnante Evergete Ol. CXXXIII, 3 — CXXXIX, 4 i. e. a. 246—221 a. Chr. n. Etiam Philochorus medio tertio a. Chr. saeculo floruit cf. Mueller. l. l. I. p. LXXXIV. Itaque, si recte se habent ea omnia, concludendum est id quod iam supra praemisimus p. 11, Anaxandridam etiam

---

6 Cf. Clinton. F. H. vol. III. p. 5.

7 Non 242—222 ut est apud Prellerum; cf. Strabo XIII. p. 624. Liv. XXXIII, 21. Polyb. XVIII, 24. Clinton. F. H. III. p. 401.

Delphum, in quem quattuor Polemonem libros composuisse didicimus, circa mediam vel ultimam partem tertii a. Chr. n. saeculi floruisse. Antiquissimos eorum, qui ex posterioribus Polemonem memorant, Herodicum Babylonium Cratetis discipulum, Didymumque Aristarcheum fuisse, docet Prellerus p. 9. 12 sq.

De vita Polemonis deque eius auctoritate et moribus ea tantum breviter exponamus, quae ad inlustranda eius de rebus Delphicis scripta pertinent, etiam in his, de singulis qui doceri volunt, ad Prelleri disputationem delegantes. Videtur periegeta disciplinam Alexandriae potissimum et Athenis accepisse. Quod cum de Alexandria quidem non constet, tamen testimoniis quibusdam totaque scriptoris natura et indole fit probabile. Quantum florem tum potissimum Alexandrinae habuerint litterae satis notum est: vigebant ea aetate Aristophanes et Eratosthenes, bibliothecae praefecti inlustrissimi, quorum auctoritas in aliorum etiam studiis haud paucum valebat, eis inprimis, quae ad grammaticam et litterarum historiam pertinebant. Utrum Aristophanis discipulus fuerit Polemo, non liquet, nisi forte mutato ordine ita apud Suidam scribendum est, ut supra proposui. Neque minus Athenis tum litterarum studia in flore fuerunt. Ea inprimis disciplina, quam noster coluit, periegetica illa, quae dicitur ars, a peripateticis quidem philosophis non parvum fructum ceperat, sed ab aliis nullis ita aucta erat, quam ab eis, qui Athenarum et Atticae res singularibus scriptis historicis et periegeticis tractaverant, praecipue a Philochoro. Accessit autem ad eam quam Alexandriae Polemo et Athenis institutionem acceperat id, quod itinera instituit ipse magna in omnia ea loca, quae monumentis, rerum gestarum memoria, antiquitatibus aliisque huius generis praeter alia fuerunt insignia. Ita fuisse videtur Argis, Sicyone, Spartae, Phliunte, Olympiae, Thebis, Delphis, Dodonae; versatus est in terris ubi ipse natus erat, in Troade, praeterea etiam in Bithy-

niae et Cariae urbibus, in insulis, Samothracia potissimum et Chio, Rhodo, Samo. Venit etiam in Italiam et Siciliam, ubi Syracusanis rebus egregiam operam navasse videtur, neque Carthaginem omisit, quae propter res in bellis contra Romanos gestas tum in omnium ore fuit; ita ut cunctas eo tempore in toto fere orbe terrarum inlustrissimas urbes eum vidisse suspicandum sit; num etiam Romae fuerit, non traditur. In itineribus omnibus se praestitit periegetam, ita ut κατ' ἐξοχὴν a scriptoribus veterum vocaretur „ὁ περιηγητής"[8], quanto iure, videmus et ex librorum titulis et ex ipsis reliquiis. Descripsit enim monumenta artis, quae in urbibus Graecis innumerabilia servabantur, ea quae de illis memoria digna essent, litteris mandavit, inprimis etiam de donariis in locis sacris conlocatis quaestiones instituit[9]. Egregiam ante omnia operam tabulis pictis traditur tribuisse[10], neque inscriptiones varii generis neglexisse; quo factum est, ut „Στηλοκόπας" a Graecis appellaretur[11]. Videtur multa ex eis, quae ab exegetis monumentorum narrabantur, in libris suis exposuisse, fabulas praecipue in ipsis locis vulgatas[12], populares narratiunculas admodum usitatas, ante omnia autem ea, quae ad religiones, festos, caerimonias aliaque huiusmodi pertinebant[13]. Quanta cura et diligentia illo munere functus sit, docemur cum ipsis rebus, quas tradidit, tum aliorum scriptorum testimoniis[14]. Fuit igitur

---

8 Cf. Strabo IX. p. 396. Athen. IX. p. 372 A, 387 F. XII. p. 606 F. Plut. Arat. c. 13 Steph. Byz. Δωδώνη. Suid. v. Πολέμων.

9 Cf. Athen. XI. p. 479 F.

10 Athen. V. p. 210 A. VI. p. 253 B. IX. p. 484 B. XI. p. 474 C. XIII. p. 567 B, 577 C. Harpocr. s. v. Λαμπάς.

11 Athen. VI. p. 234 D. X. p. 436 D. cf. Preller p. 13. 117.

12 Athen. IV. p. 138 F. cf. Preller p. 27.

13 Schol. Oed. Col. v. 100. 489. Athen. IV. p. 138 F.

14 Plut. Qu. Symp. V, 2. p. 675 B: τοῖς δὲ Πολέμωνος τοῦ Ἀθηναίου περὶ τῶν ἐν Δελφοῖς θησαυρῶν οἶμαι, ὅτι πολλοῖς ὑμῶν ἐν-

περὶ τῶν ἐν Λακεδαίμονι ἀναθημάτων, καὶ ἄλλα πλεῖστα. [ἐν οἷς καὶ κοσμικὴν περιήγησιν ἤτοι γεωγραφίαν].

Cf. Eudocia p. 362. — Suidae locus incredibili modo corruptus est neque aliud quid praebet nisi apparatum tumultuarium, quem Byzantini homines ad brevitatem redegerint. (Bernhardy). Praeterea quae illi non intellexerunt etiam altera adhuc manu interpolata videntur. — Γλυκείας] recte A. B. V. E, ceteri Γλυκίας, Eudocia Λυκίας. 'Γλαυκία, Ἰωνίας πολίχνιον' Steph. Byz., 'fortasse idem nomen fuit Polemonis patriae,' Mueller. fr. hist. Gr. p. 108. cf. Preller. l. l. p. 6. — διὸ ἐπεγράφετο Ἑλλαδικός] Helladicus nomen libri fuit Polemoni tributi, non ipsius periegetae, cf. Athen. XI. p. 479 F. XIII. p. 606 A, quod cum non intellegeret sive ipse Suidas sive librarius, qui illum interpolavit, in textum recepit et Polemoni ut cognomen adscripsit. — Vocem ἱστορικὸς omisit Eudocia. — Διήκουσε καὶ τοῦ Ῥοδίου Παναιτίου] 'Hoc vix admittit ratio temporis. Vide Ionsium de script. hist. philos. libr. II. c. 13.' (Kuster.) 'Intercidisse aliquid censet Bernhardy, conici possit διῆκε μέχρι τοῦ Ῥ. Π.' (Mueller). Malim equidem mutato ordine sic scribere: διήκουσεν Ἀριστοφάνους τοῦ γραμματικοῦ καὶ συνεχρόνισε τῷ Ῥοδίῳ Παναιτίῳ, cf. infra. — Ἔγραψε περιήγησιν] post περιήγησιν inserit cod. *V: τὰ πρὸς Ἀδαῖον καὶ (adde Ἀντίγονον cf. Athen. XI. p. 462 A, V. p. 210 A; Preller. p. 97 sq.),' quod in textum redepi. Tum ante Ἰλίου lacuna statuenda est; excidisse videtur 'περιήγησιν,' qua voce factum est fortasse, ut librarius, eum oculis aberraret ab antecedente vocabulo 'περιήγησιν' ad sequens, quae in medio fuerint omiserit. Ceterum etiam post prius 'περιήγησιν' fortasse nomen terrae cuiusdam excidit. — Κτίσεις τῶν ἐν Πόντῳ πόλεων] sic ex codd. Paris. Kusterus, in prioribus editionibus et apud Eudociam legitur κ. π. τ. πρὸς Ἀθηναίους συγγενείας τῶν ἐν Πόντῳ πόλεων. Quid sibi velint verba κ. π. τ. π. Ἀ. συγγενείας αὐτῶν, intellegi nequit. Cf. infra. — ἐν Λακεδαίμονι ἀνα-

θημάτων] in codd. pro ἀναθημάτων est πόλεων, quod V omisit; vocabulum repetitum videtur a librario ex antecedente, ἀναθημάτων scribendum esse apparet ex Athen. XIII. p. 574 C. cf. O. Iahn. l. l. p. 591. — καὶ ἄλλα πλεῖστα] haec ultima verba Suidae. Quae secuntur nihil sunt nisi absurdum additamentum hominis Byzantini cf. infra p. 29 et Preller. p. 22 sq.

Polemo, Euegeti filius, Iliensis fuit ex vico, cui nomen Glyceae. Aliud quidem doceri videmur ab Athen. VI. p. 234 D: Πολέμων γοῦν, ὁ εἴτε Σάμιος ἢ Σικυώνιος εἴτ' Ἀθηναῖος ὀνομαζόμενος χαίρει, ὡς ὁ Μοψεάτης Ἡρακλείδης λέγει καταριθμούμενος αὐτὸν καὶ ἐπ' ἄλλων πόλεων. Samius vel Sicyonius vel Atheniensis Polemo appellatus esse videtur propter multa itinera, quae instituit in celeberrimas Graeciae urbes. cf. O. Iahn. l. l. p. 587. Ceterum eosdem homines interdum cives fuisse complurium civitatum scimus. Exemplum exstat in C. I. Gr. n. 2811 b, ubi de Menandro quodam Apollonii F. Menandri F. Aphrodisiensi haec dicuntur v. 37 sq.: ,ἔστιν δὲ καὶ πολείτης πόλεων τῶν ὑπογεγραμμένων· Περγαμηνῶν, Ἀντιοχέων Καισαρέων Κολωνῶν.' cf. Egger. l. l. p. 20 [2].

De tempore, quo vixerit Polemo, docemur Suidae testimonio. Ptolemaeus Epiphanes regnavit Ol. CXLIV, 1 — CL, 1, i. e. a. 204—180 a. Chr. n. Secundum Asclepiadem Myrleanum, qui Pompei tempore vixit et librum composuit περὶ γραμματικῶν, in quo de Polemone videtur egisse [3], Polemo aequalis fuit Aristophanis grammatici, qui vixit Ol. circa CXXX, 1 — CXLVIII, 4, i. e. a. 260 — 185 a. Chr. n. (cf. Ritschl, Alex. Bibl. p. 90). Sed cum his nullo modo consentit id, quod est apud Suidam,

2 Quin Iliensis fuerit Polemo, dubitandum non videtur. Nomen quidem usitatum fuisse in agro Iliensi confirmatur Delphica inscriptione nuper detecta apud Foucart. et Wescher. tit. 18. v. 269 sq., ubi memoratur Polemo quidam Milesii filius, et ipse Iliensis.

3 Cf. Mueller, fr. Asclep. Myrl. in fr. hist. Gr. III. p. 299.

auditorem eum fuisse Panaetii Rhodii. Panaetius enim floruit Ol. CXLVIII, 4 — CLXVII, 1, i. e. a. Chr. n. 185 —112, ita ut Polemonis aequalis esse non potuerit. Omitto varias de hac re coniecturas (v. apud Prellerum p. 65); unum negandum non est, sive ipsum Suidam in eo, quod dixit, errasse, id quod putat Prellerus, sive in librorum scriptura corruptelam inesse. Polemonem ad tempora ferme Panaetii pervenisse credendum est, quare mihi non displicet Muelleri coniectura scribentis ,διῆκε μέχρι τοῦ Ῥ. Π.' (Magis ad litterarum similitudinem accedat ,διῆκεν ἐς καιρὸν τοῦ Ῥ. Π.') Itaque Polemo versus finem saeculi tertii et initium secundi a. Chr. n. ponendus esset, id est circa tempus belli Punici secundi et postea, quocum consentirent etiam tempora eorum, contra quos libros composuerat, ut demonstravit Prellerus p. 8 sq. Tamen alio fortasse modo de Panaetio difficultatem solvendam esse mihi venit in animum. Totum enim Suidae locum valde turbatum esse docuerunt Bernhardy aliique [4]. Itaque fortasse verba συνεχρόνισεν et διήκουσε transmutanda sunt, ut sic legamus: ,κατὰ δὲ Ἀσκληπιάδην τὸν Μυρλεανὸν διήκουσεν Ἀριστοφάνους τοῦ γραμματικοῦ καὶ συνεχρόνισε Ῥοδίῳ Παναιτίῳ.' Tum omnia quadrarent; fuit tum scriptor iuvenis sub Epiphane Aristophanis discipulus et potuit etiam Panaetii aetatem ita adtingere, ut eius aequalis dici posset [5]. Ita quidem difficultas facilius solvitur, quam eo quod proposuit O. Iahnius l. l. p. 586, verba 'κατὰ δὲ Ἀσκληπιάδην τὸν Μυρλεανὸν συνεχρόνισεν Ἀριστοφάνει τῷ γραμματικῷ καὶ διήκουσε καὶ τοῦ Ῥοδίου Παναιτίου'

---

4 Ionsius de scr. hist. phil. lib. II. cap. XIII. p. 212 dicit: ,— vel Suidae verba ista διήκουσε καὶ τοῦ Ῥοδίου Παναιτίου omnino delenda, vel ita mutanda: διήκουσεν αὐτοῦ ὁ Ῥόδιος Παναίτιος.'

5 Aristophanis discipulum fuisse Polemonem suspicati sunt etiam Ionsius l. l. Harles. ad Fabr. bibl. Gr. IV. p. 119. Heyne opusc. vol. X. p. 12.

se fert, quam libri ‚περὶ τῶν ἐν Σικυῶνι πινάκων‘ sive ‚περὶ τῶν ἐν τοῖς Προπυλαίοις πινάκων‘ huc trahere, neque intellego, cur Prellerus eum in commentationes varias removerit.) Veri igitur dissimile non est Polemonis libros fuisse tales, ut agerent de Europa, de Asia, de Libya. Ita enim apud multos huius generis scriptores librorum dispositionem institutam fuisse scimus, ut secundum tres orbis terrarum partes in certum ordinem sua redigerent. Ita quae Hecataeo Milesio tribuitur περίοδος γῆς, quae etiam περιήγησις vocatur, divisa erat in libros duos, quorum alter Europam, alter Asiam, Aegyptum, Libyam continebat; uterque liber constabat ex capitibus, quorum inscriptiones ex parte adhuc exstant [17]. Ephorus in Historiarum libro quarto de Europa, in quinto de Asia et Africa egit, singularum terrarum situs et regiones descripsit, loci naturam exposuit, populorum origines, mores, instituta narravit [18]. Ephorum auctorem in descriptione Graeciae secutus est Scymnus Chius; etiam illius περιήγησις in tres partes secundum tres, quas diximus, terras divisa erat. Ex eorum numero, qui eadem fere qua Polemo aetate sive paullo post vixerint, nominandus est Mnaseas Patarensis; scripsit is periegetica ratione περιήγησιν sive περίπλουν, cuius tres fuerunt partes, Εὐρώπη, Ἀσία, Λιβύη inscriptae et in complures libros divisae [19]. Ut taceam de aliis, qui eundem ordinem secuti sint, de nostro haud improbabile fit libros eius talem ordinem effecisse, qui per se praeberetur ei, qui leviter tantum scripta periegetae oculis perlustraret. Accedit quod ipsis

17 Exempli caussa libri I caput inscriptum fuit ‚Hellespontus,‘ libri II ‚Aeolica‘ cf. Mueller. fr. hist. Gr. I. p. XI s p. 1 sq.

18 Cf. Mueller. fr. hist. Gr. I. p. LX. p. 234 sq.

19 De Mnasea cf. Muelleri fr. hist. Gr. III. p. 149 sq. L. Prelleri disputatio in *Zeitschrift für die Alterthumswissenschaft* a. 1846, repet. in *Gesammelte Aufsätze* p. 312. E. Mehler, Mnaseae Patarensis fragmenta Lugd. Bat. 1847.

itineribus instituendis eiusmodi certus ordo natura rei imponitur. Attamen libros eos, qui ad Graeciae descriptionem pertinebant, a Polemone copiosius et accuratius scriptos esse veri simile est, quam aliarum terrarum *περιηγήσεις*, quae ab illius aetatis hominibus certe non eodem studio legebantur, neque ita omnibus ad manus erant; quo factum esse videtur, ut de Graecis rebus librorum reliquias habeamus multas aliorum autem operum pauci tantum tituli exstent; multi praeterea commentarii ad Asiam Libyamque pertinentes (de Alexandria fortasse, de Cyrene, aliis) videntur perditi esse. Contra Bernhardyus ad Suid. l. l: ‚equidem', inquit, ‚industriam illius opinor in finibus Graecorum monumentorum ac donariorum sese continuisse, quibus comites si libet addas libellos de Dodone et de Samothrace. Nam *κτίσεις Ἰταλικῶν καὶ Σικελικῶν* (ut de suspectis titulis unum et eum incredibilem attingam) cave colligas e schol. Apollon. IV, 324 *οὗ μνημονεύει Πολέμων ἐν κτίσει Ἰταλικῶν καὶ Σικελικῶν*: quae si corrigantur sicut par est *ἐν κτίσει Παλικῶν τῶν Σικελικῶν* (v. Diod. T. II p. 525), nemo non ea censebit ad locum Macrobii V, 19 referenda.' Confiteor tamen, me neque hoc, neque quae de (periegesi?) *Ἰλίου* dixit V. Cl.,[20] persuasum habere. Nam quin Polemo de Ilio etiam in libris suis egerit, cum patria fuerit, vix dubitandum erit. (Cf. etiam O. Iahn. l. l. p. 598). Accedunt *κτίσεις τῶν ἐν Πόντῳ πόλεων*, ita ut Asiaticas res eum tractasse satis constet; accedit denique de Carthaginiensibus rebus liber *περὶ τῶν ἐν Καρχηδόνι πέπλων*.

Quae cum ita sint, omnia bene se haberent, nisi duo scripta sub Polemonis nomine a veteribus traderen-

20 ‚Huius auctoritas non magis est confessa quam eius libri, qui inscriptus fuisse fertur *κτίσεις τῶν ἐν Πόντῳ πόλεων*.' Pro *Ἰλίου* cod. V habet *Ἡλίου*, tamen ipsum vocabulum non mutandum videtur, etsi alia apud Suidam valde confusa sunt.

tur, quae maximam difficultatem parant. Tribuuntur enim periegetae et *Ἑλληνικαὶ ἱστορίαι* et *ὁ ἐπιγραφόμενος Ἑλλαδικός*, cuius supra iam pp. 23 et 30 mentio facta est. Hellenicae historiae citantur duobus locis:

Schol. Aristid. Panath. p. 188, 3 vol. III p. 322 ed. Dindf.:

*Λέγει δὲ ὁ Πολέμων ἐν τῇ Ἑλληνικῇ ἱστορίᾳ ὅτι ἤρισαν καὶ περὶ τοῦ Ἄργους Ποσειδῶν καὶ Ἥρα, καὶ ἡττήθη κἀκεῖ. σύμβολα μέντοι οὐκ ἔδειξαν οἱ * * * ἐν Ἀθήναις.*

Prellerus recte, ut puto, post ‚*ἔδειξαν οἱ*‘ supplevit ‚*Ἀργεῖοι ὥσπερ τά.*‘ Sermo est de certamine Iunonis cum Neptuno et respicitur sine dubio ad eiusdem dei simile certamen cum Minerva. Itaque non minore iure Atticis quam Argolicis rebus fragmentum adnumeremus. — Alterum testimonium servavit Iul. Africanus apud Euseb. P. E. X, 10. p. 490:

Καὶ Ἑλλήνων δέ τινες ἱστοροῦσι κατὰ τοὺς αὐτοὺς (scil. *τοῦ Ὠγύγου*) *χρόνους γενέσθαι Μωυσέα. Πολέμων γὰρ ἐν τῇ πρώτῃ τῶν Ἑλληνικῶν ἱστοριῶν λέγει· ‚Ἐπὶ Ἄπιδος τοῦ Φορωνέως μοῖρα τοῦ Αἰγυπτίων στρατοῦ ἐξέπεσεν Αἰγύπτου, οἳ ἐν τῇ Παλαιστίνῃ καλουμένῃ Συρίᾳ οὐ πόρρω Ἀραβίας ᾤκησαν,‘ οὗτοι δηλονότι οἱ μετὰ Μωυσέως.*

De re cf. Preller. p. 45. Videtur huius loci argumentum cum praecedentis coniunctum fuisse, nam Phoroneus, de quo dicitur, Inachi filius, pater Apidis, arbiter in certamine inter Neptunum Iunonemque fuit. cf. Paus. II, 15, 5. Probatur hac re, quod iam per se verisimile est, *Ἑλληνικὴν ἱστορίαν* apud Schol. Aristid. et *Ἑλληνικὰς ἱστορίας* apud Iul. Africanum unum idemque opus significare, cuius librum primum Africanus citaverit.

Itaque si duo illa quae habemus testimonia examinamus, Polemo librum historicum de Graecia scripsisse videatur, qua ex re ipsa fortasse cur vocetur apud

Suidam ‚ἱστορικός‘ appareat. Tamen eiusmodi testibus, quales sunt Schol. Aristid. atque Iul. Africanus multum tribuendum esse minime credam. Videntur potius in universum Polemonis de Graecia libros significare, quos hominum manibus versatos fuisse multis ex rebus probabile fit, ut iam supra diximus. Peculiare enim praeterea opus fuisse Polemonis, cui inscriptum fuerit ‚Ἑλληνικαὶ ἱστορίαι‘ mihi persuadere non possum, ipsos potius illos de Graecia libros, quos apud Suidam nomine periegesis comprehensos invenimus, Africanus et Schol. Aristid. uno nomine, quamvis minime accurato, appellant Ἑλληνικὴν ἱστορίαν sive Ἑλληνικὰς ἱστορίας. Et historicum aliquid sane inerat in Polemonis libris, id quod non ex reliquiis solum sed ex inscriptionibus ipsis librorum, praesertim talibus, quales sunt κτίσεις τῶν ἐν Φωκίδι πόλεων, κτ. τῶν ἐν Πόντῳ πόλεων, κτ. Ἰταλικῶν καὶ Σικελικῶν, apparet. Accedit quod duo illa testimonia, quibus Hellenicae historiae laudantur, et de eodem fere argumento agunt, et, nisi fallor, ex ipso primo Polemonis περὶ τῆς Ἀθήνησιν ἀκροπόλεως libro sumpta esse videntur. Nam sine dubio Polemo in libris de arce Athenarum de Parthenone etiam egerit eiusque tympana descripserit. Quid mirum, quod, cum fabulas de Minervae certamine cum Neptuno de Attica terra exponeret, aliud etiam Neptuni certamen adtigit cum Iunone de Argolide, in quo arbiter Phoroneus ille fuit, Apidis pater, de quo apud Africanum sermo est. (cf. Paus. II, 15, 5). Comparatis iam reliquiis omnia in lucem venient. Accedit aliud. Apud Pausaniam (I, 14, 2) etiam in Atticae descriptione uberiorem de Argolide expositionem invenimus, ubi Atheniensium cum Argivis de antiquitatibus certamina memorat, qui locus, nisi fortasse ex ipso Polemone sumptus est, tamen indicat, quomodo in rebus Atticis describendis Argolica etiam tractare periegeta potuerit.

Etiam de Helladico duo tantum testimonia exstant

unius Athenaei, nisi forte quae sunt apud Suidam ‘διὸ ἐπεγράφετο Ἑλλαδικός‘ huc trahere velis. Sunt enim haec: Athen. XI. p. 479 F:

Κρατάνιον. μήποτε τὸ νῦν καλούμενον κράνειον ἔκπωμα οὕτως ὠνόμαζον οἱ ἀρχαῖοι. Πολέμων γοῦν ἢ ὅστις ἐστὶν ὁ ποιήσας τὸν ἐπιγραφόμενον Ἑλλαδικὸν περὶ τοῦ ἐν Ὀλυμπίᾳ λέγων Μεταποντίνων ναοῦ γράφει καὶ ταῦτα· ‚ναὸς Μεταποντίνων, ἐν ᾧ φιάλαι ἀργυραῖ ἑκατὸν τριάκοντα δύο, οἰνοχόαι ἀργυραῖ δύο, ἀποθυστάνιον ἀργυροῦν, φιάλαι τρεῖς ἐπίχρυσοι. ναὸς Βυζαντίων, ἐν ᾧ Τρίτων κυπαρίσσινος ἔχων κρατάνιον ἀργυροῦν, Σειρὴν ἀργυρᾶ, καρχήσια δύο ἀργυρᾶ, κύλιξ ἀργυρᾶ, οἰνοχόη χρυσῆ, κέρατα δύο. ἐν δὲ τῷ ναῷ τῆς Ἥρας τῷ παλαιῷ φιάλαι ἀργυραῖ τριάκοντα, κρατάνια ἀργυρᾶ δύο, χύτρος ἀργυροῦς, ἀποθυστάνιον χρυσοῦν, κρατὴρ χρυσοῦς, Κυρηναίων ἀνάθημα, βατιάκιον ἀργυροῦν.‘

Locus sane periegetam indicat non minus quam alter apud Athen. XIII. p. 606 A:

Πολέμων δὲ ἢ ὁ ποιήσας τὸν ἐπιγραφόμενον Ἑλλαδικὸν ‚ἐν Δελφοῖς,‘ φησίν, ‚ἐν τῷ πινάκων θησαυρῷ παῖδές εἰσι λίθινοι δύο, ὧν τοῦ ἑτέρου Δελφοί φασι τῶν θεωρῶν ἐπιθυμήσαντά τινα συγκατακλεισθῆναι, καὶ τῆς ὁμιλίας καταλιπεῖν στέφανον. φωραθέντος δ' αὐτοῦ τὸν θεὸν χρωμένοις τοῖς Δελφοῖς συντάξαι ἀφεῖναι τὸν ἄνθρωπον· δεδωκέναι γὰρ αὐτῷ μισθόν.‘

Pro *πινάκων* scribendum est *Σπινατῶν*, cf. infra p. 47.

Ex duobus apud Athenaeum testimoniis nihil aliud apparet, quam illius tempore librum in manibus fuisse, cui inscriptum fuerit ‚ὁ ἐπιγραφόμενος,‘ id quod latere etiam videtur in verbis διὸ ἐπεγράφετο Ἑλλαδικός apud Suidam) Ἑλλαδικός (scil. λόγος), eumque librum periegetica ratione egisse de praeclarissimis monumentis artis deque inlustrissimis Graeciae locis. Sermo enim est de Delphicis et de Olympicis rebus atque argumentum ita tractari videmus,

ut, qui librum scripsit, catalogum quendam sive indicem artis operum componeret, neque maiore oratione neque uberiore explicatione adhibita. Is igitur liber, a quo compositus fuerit cum nescirent Athenaei aetate homines, Polemoni tribuisse videntur, propterea sine dubio, quod et genus dicendi et quae tractarentur argumenta Polemoneis scriptis simillima fuerint. Itaque Athenaeus, cum scriptor quis fuerit non pro certo haberet, scripsit: ‚ἢ ὅστις ἐστὶν ὁ ποιήσας τὸν ἐπιγραφόμενον 'Ελλαδικὸν' atque ‚ἢ ὁ ποιήσας τὸν ἐπιγραφόμενον 'Ελλαδικόν.' Utrum igitur Helladicus re vera a Polemone scriptus sit, necne, cum veteres ignorarent, nostro tempore eo minus intelligendum erit; neque etiam Hellenicas historias (ut voluit Prellerus), quae Polemonis nomine citantur, idem opus fuisse atque Helladicum probabile est. Tum sine dubio Prellerus errat in eo, quod Helladico commune nomen fuisse toti corpori dicat librorum Polemoneorum omnium, qui ad Graecam periegesin pertinebant (sunt igitur ei quos supra adtuli sub numeris 1—11). Quae res cum per se valde dubia esset, Muellerus (fr. hist. Gr. III. p. 113) novum quid proposuit, Helladicum quidem non ipsum corpus fuisse Polemonis de Graecia librorum, in eadem qua a Polemone compositi fuerint forma, sed potius excerptum ex illis in usum proficiscentium factum sive ab ipso Polemone sive a grammatico quodam, qui Polemonis opera adornanda sibi sumpserit [21]. Muelleri sententia mihi valde placet, atque rem ita se habere potuisse nemo negabit: tamen in magnis harum rerum obscuritatibus eiusmodi quid

---

21 De eadem re postea Prellerus (apud Pauly. in *Real-Encyklopädie* V. p. 1791 s. v. Polemo) consentit: ‚*möglich, dass dieser* 'Ελλαδικός (scil. λόγος) *eine spätere Compilation oder Epitome aus den Schriften des Polemo war, deren es so viele gab und welche so ins Detail gegangen zu sein scheinen, dass eine solche Ueberarbeitung zweckmässig sein mochte.*'

urgere non audeam neque quod ipsis veteribus non manifestum fuit, nos ex levissimis indiciis elicere posse credam.

II. Alterum Polemonis scriptorum genus est *Ἀντιγραφῶν*, quibus adnumeranda sunt haec:

1. *Τὰ πρὸς Τίμαιον* libris minimum XII. Athen. XV. p. 698 A.
2. *Περὶ τῆς Ἀθήνησιν Ἐρατοσθένους ἐπιδημίας* libris minimum II. Schol. Aristoph. Av. 11.
3. *Πρὸς Νεάνθην ἀντιγραφαί.* Athen. XIII, p. 602 C.
4. *Πρὸς Ἀδαῖον καὶ Ἀντίγονον* libris minimum VI. Athen. IX. p. 410 C.
5. *Πρὸς Ἀναξανδρίδην* libris minimum IV. Schol. Eurip. Or. 1632.

III. Secuntur Epistulae Polemonis:

1. *Πρὸς Ἄτταλον ἐπιστολή.* Athen. VIII. p. 346 B.
2. *Πρὸς Διόφιλον ἐπιστολή.* Zenob. V, 13.
3. *Πρὸς Ἀράνθιον ἐπιστολή.* Athen. XV. p. 696 F.
4. *Περὶ ἀδόξων ὀνομάτων ἐπιστολή.* Athen. IX. p. 409 F.

IV. Postremo commentationibus variis adnumero libros hos:

1. *Περὶ τῶν κατὰ πόλεις ἐπιγραμμάτων.* Athen. X. p. 436 D.
2. *Περὶ ποταμῶν.* Schol. Eur. Med. 827. cf. Athen. VII. p. 307 B. Macrob. Saturn. V, 19.
3. *Περὶ θαυμασίων.* Athen. XII. p. 552 B.
4. *Περὶ τοῦ παρὰ Ξενοφῶντι καννάθρου.* Athen. IV. p. 138 E.
5. *Περὶ τοῦ δίου κῳδίου.* Athen. XI. p. 478 C.
6. *Περὶ Ἄρτου* Athen. III. p. 108 F.
7. Varia incertae sedis.

Itaque etiam hic in quibusdam a Prelleri Muellerique ordine discedo, nam adversus Anaxandridam libros IV, quos Prellerus omisit (cf. supra p. 10 adn. 6), posui inter *ἀντιγραφάς*, quos cur Muellerus epistulis adnumeraverit, non intellego, nisi fortasse eo commotus erat, quod unius

libri opus (effecit enim hoc Muellerus coniectura sua, de qua diximus supra p. 10) epistulis potius quam *ἀντιγραφαῖς* adscribendum esse putaret [22]. Porro unum titulum ex ,variis commentationibus' apud Prellerum, ad periegetica rettuli, commotus argumento, quod cum ex Carthaginiensibus rebus constaret, illi operi satis aptum mihi visum est. Dubito an ,*περὶ Ἄρτου*' etiam liber recipiendus sit inter Italica.

Postquam in antecedentibus quid de Polemonis libris in universum statuendum videatur breviter exposuimus, ad Delphica periegetae scripta iam transeamus. Sunt enim haec:

I. *Κτίσεις τῶν ἐν Φωκίδι πόλεων καὶ περὶ τῆς πρὸς Ἀθηναίους συγγενείας αὐτῶν* †, Suidas v. *Πολέμων*.

II. *Περὶ τῶν ἐν Δελφοῖς θησαυρῶν*, Plut. Quaestt. Symp. V, 2. p. 675 B.

Quibus accedit supra laudatum p. 10:

III. *Πρὸς Ἀναξανδρίδην* libris minimum IV. Schol. Eurip. Or. 1632.

Delphicas res etiam Helladici scriptorem tractasse probat Athen. XIII. p. 606 A.

Primum opus apud unum Suidam citatur:

— (*ἔγραψε*) *κτίσεις τῶν ἐν Φωκίδι πόλεων, καὶ περὶ τῆς πρὸς Ἀθηναίους συγγενείας αὐτῶν, κτίσεις τῶν ἐν Πόντῳ πόλεων* —. Eudocia: — *καὶ περὶ τῆς πρὸς Ἀθηναίους συγγενείας τῶν ἐν Πόντῳ πόλεων.*

Locum corruptum esse credo, corruptelamque inesse in verbis ,*καὶ περὶ τῆς πρὸς Ἀθηναίους συγγενείας αὐτῶν.*' Qualis enim *συγγένεια* inter Phocensium oppida et Athe-

22 Cf. Westermann. de epistolarum scriptt. Gr. part. VII. p. 9. n. 125: ,Quintam investigare sibi visus est Muellerus l. l. p. 137 *πρὸς Ἀλεξανδρίδην* — — Legendum pro *ἐν τῷδε τῷ* aut *ἐν τῷ* sive *ἐν τῇ* aut latere *ἐν ἀντιγραφῇ* coniecit Muellerus. Sed fugit eum quod probabiliter admodum restituit Cobetus *ἐν τῷ δ' τῶν πρὸς Ἀλεξανδρίδην*. Hic ipse Delphus est, aequalis Polemonis.' Idem iam Madvigium restituisse vidimus supra l. l.

nienses intercesserit, nescio. Prellerus de sola Stiride pauca quaedam eiusmodi ex Pausania [23] adfert (Lebadea enim, de qua simile quid idem memorat ex Paus. IX, 39, 1, Boeotiae urbs est). Neque melior res fieret si cum Eudocia et prioribus editionibus legeremus ‚*καὶ περὶ τῆς πρὸς Ἀθηναίους συγγενείας τῶν ἐν Πόντῳ πόλεων.*‘ Tum enim mira foret coniunctio verborum, nam quid sibi vellet istud ‚*καὶ*,‘ cum alii omnes, qui apud Suidam l. l. adferuntur, tituli sine coniunctione legantur, non liquet. Sed etiam per se mira esset operis Pontici inscriptio. Suspicetur quis scribendum esse: ‚*κτίσεις τῶν ἐν Πόντῳ πόλεων, καὶ περὶ τῆς πρὸς Ἀθηναίους συγγενείας αὐτῶν*,‘ ex qua lectione corruptela facile oriri potuerit propter magnam verborum similitudinem, id quod apparet, si duos titulos alterum ad alterum ponimus ita:

ΚΤΙΣΕΙΣ ΤΩΝ ΕΝ ΦΩΚΙΔΙ ΠΟΛΕΩΝ
ΚΤΙΣΕΙΣ ΤΩΝ ΕΝ ΠΟΝΤΩΙ ΠΟΛΕΩΝ

Tamen *συγγένειαν* fuisse inter Athenienses et Ponti urbes non magis constat, quam inter Athenienses et Phocenses [24]. Itaque nisi reconditiores fortasse nobisque minus notas fabulas de gentium cognationibus a scriptore significatas esse putemus, corruptelam inesse in alio vocabulo concludendum est, scilicet in ‚*Φωκίδι*‘ aut in ‚*Ἀθη*-

---

23 X, 35, 5: *Οἱ δὲ ἐνταῦθά φασιν οὐ Φωκεῖς, Ἀθηναῖοι δὲ εἶναι τὰ ἄνωθεν, καὶ ἐκ τῆς Ἀττικῆς ὁμοῦ Πετεῷ τῷ Ὀρνέως ἀφικέσθαι διωχθέντι ὑπὸ Αἰγέως ἐξ Ἀθηνῶν. ὅτι δὲ τῷ Πετεῷ τὸ πολὺ ἐκ τοῦ δήμου τοῦ Στειριέων ἠκολούθησαν, ἐπὶ τούτῳ κληθῆναι τὴν πόλιν Στεῖριν.*

24 Forbigerus in libro qui inscribitur ‚*Handbuch der alten Geographie*‘ II. p. 421. adn. 60: ‚*Wenn diese Angabe gegründet ist, — so wäre Amisos die einzige atheniensische Kolonie an der ganzen Küste des Pontus Euxinus, deren Gründung jedoch in keinem Falle vor den Perserkriegen angenommen werden könnte, da Athen erst durch diese eine Seemacht wurde, die daran denken konnte Handelsverbindungen mit den Küsten des schwarzen Meeres anzuknüpfen und Pflanzstädte an ihm zu gründen.*‘

ναίους.' Vocabulum ,*Φωκίδι*' vix mutandum sit, nisi certis testimoniis, ut hoc faciamus adducamur. Sed in ,*Ἀθηναίους*' vitium inesse probabilius est. Scribendum sit fortassé, *κτίσεις τῶν ἐν Φωκίδι πόλεων καὶ περὶ τῆς πρὸς ἀλλήλας συγγενείας αὐτῶν.*' Corruptela nasci potuerit, si pro *Ἀθηναίους* scriptum fuerit ,*Ἀθήνας*' (nam titulum ita ut est in Suida apud Polemonem fuisse non credam) ex quo natum tum est *ἀλλήλας*. Cognationes intercessisse inter multa Phocensium oppida videbimus postea ex ipsis de originibus fabulis. Sed res per se valde obscura est. Verba enim illa ,*καὶ περὶ τῶν πρὸς Ἀθηναίους συγγενείας αὐτῶν*' fortasse primum cum aliis coniuncta fuerunt neque quicquam ad Phocenses origines adtinent. Potuerunt in Suidae farraginem venire ex alio conexu atque nunc quidem confusionem lexicographi et maiorem reddunt et ipsa quid sibi velint nullo indicio produnt. Igitur cum difficultas plane solvi posse mihi non videretur crucis signum adpinxi.

Reliquiae libri Polemonis de Phocensium urbium originibus exstant nullae, ex ipso igitur titulo quid sit eliciendum, videndum est. Nimirum *κτίσεις*, i. e. fabulae de originibus gentium vel urbium ab antiquissimis inde temporibus a rerum scriptoribus tractari solebant; postea colebantur praecipue ab Alexandrinae aetatis periegetis, quo factum est, ut magna multitudo et titulorum et reliquiarum ex originum scriptoribus servata sit, quorum fere omnia conlecta sunt in Muelleri fr. hist. Gr [25]. Cum originibus saepe coniunctas fuisse *συγγενείας* i. e. narrationes de cognatione, quae intercesserit inter varias urbes deque communi earum origine docemur veterum testi-

25 Cf. quae de his scriptoribus adfert Ionsius de script. hist. philos. lib. I. cap. XII, 5. p. 76. Graefenhan ,*Geschichte der klassischen Philologie im Alterthum*' vol. II. p. 29. 153. 154. Klippel *Alex. Mus.* p. 339 sq.

moniis [26], praecipue eis, quae exstant ex Andronis Halicarnasei opere, quod inscriptum erat ,Συγγένειαι' cuius reliquiae cf. in Mueller. fr. Hist. Gr. II p. 349 sq.

Quales fuerint *Κτίσεις τῶν ἐν Φωκίδι πόλεων* concludendum est ex eis, quae Pausanias, Stephanus Byzantius aliique tradiderunt. Notae sunt fabulae *ἐπιχώριοι* de Parnasso, de Deucalione, de Lycoro, nota etiam est fabula a Pausania narrata de Phoco illo, qui primus terrae nomen dederit Phocidi. Distinguebantur autem duo Phoci, alter Aegineta, Aeaci filius, qui Drymaeam urbem condidit, cuius filii Panopeus et Crisus urbes secundum ipsos appellatas aedificasse feruntur; alter Ornytionis filius, qui Corintho egressus Tithoream migravit, is Pausaniae tempore in Tronide Daulidis regione colebatur. Tum Cyparissus urbs a Minya, Orchomeni fratre, Hyampolis ab Hyantibus, qui ex Boeotia venissent, Stiris ab Atheniensibus, Abae ab Abante Argivo, Elatea ab Elato Arcade conditae esse narrabantur; aliae urbes ad eponymos heroes vel heroinas, ut Cirrha urbs ad Cirrham nympham, Ambrosus ad Ambrosum heroem, Bulis ad Bulonem, Lilaea et Daulis ad eiusdem nominis nymphas, Cephisi filias, origines rettulerunt; de Amphiclea denique, antea ,Ophitea' appellata, fabula de dracone ferebatur, a quo prius nomen oppidum accepisse dicebant. Tales igitur sine dubio fuerunt *κτίσεις τῶν ἐν Φωκίδι πόλεων*, quibus Polemonem pro argumento periegeticae quaestioni inprimis apto operam dedisse a Suida docemur. Et profecto studium fuit memorabile, quod ad populares Graecorum fabulas cognoscendas multa praebuerit.

Utrum inter Phocensium urbium origines apud Polemonem Delphorum etiam fuerint, exquiri non potest.

26 Polyb. Exc. Vat. p. 39 *μάλιστα ταύτην γ' ἐπείργασται τὴν δόξαν ἐκ τῶν περὶ τὰς ἀποικίας καὶ κτίσεις καὶ συγγενείας ἀποφάσεων.*

Per se non videtur probabile, quia Delphorum incolae perpetuam inimicitiam cum Phocensibus habebant nomenque Phocicum aversabantur (Paus. IV, 34, 6), atque ipsi stirpe, moribus, institutis, lingua prorsus a Phocensibus diversi erant. Tamen periegetam huius rei non maiorem rationem habuisse crediderim, quam posteriore tempore habuit Pausanias; neque veri est dissimile, inter alias origines, Delphicas etiam interfuisse, omnium inlustrissimas et a poetis saepe tractatas. De Delphorum originibus multa tradita sunt, praecipue apud Pausaniam. Itaque, ut videamus, quales Delphicae κτίσεις fuerint, paucis ea referam, quae huius argumenti apud scriptores exstant. Pausanias libro X inde a cap. V, 3 varias Delphorum origines narrat, tripertito ordine, primum oraculi (X, 5, 3—5), deinde templi (X, 5, 3—X, 6) tum ipsius Delphorum urbis (X, 6). Oraculum ex Musaei Eumolpia tradit primam habuisse Terram (cuius vates Daphne fuerit) atque una cum Terra Neptunum (cum Pyrcone vate), Terram oraculum tradidisse Themidi, illam Apollini, hunc pro Calauria insula Neptuni etiam partem sibi comparasse et Phemonoë vate usum esse. Alteram quoque fabulam Pausanias refert de pastoribus illis, qui oraculi antrum detexerint (id quod narrat etiam Diod. XVI, 26). Idem denique ex Boeus poëtriae Delphicae hymno Olenem aliosque ex Hyperboreis venisse et deo oraculum paravisse memorat. Coniuncta cum eis, quae de oraculo profert Pausanias, multa narrat de templo: primum ex lauro constructum esse, alterum ex cera et pennis ab apibus compositum et ad Hyperboreos translatum, tertium ex aere factum, quartum e lapidibus aedificatum a Trophonio et Agamede. De Delphorum denique urbe non minus sex fabulas memorat: de Parnasso Cleodorae nymphae filio, cuius urbs deleta sit inundatione Deucalionea, incolas autem Lycoream condidisse; alteram de Lycoro, Apollinis

ex Corycia nympha filio, Lycoreae conditore[27]; huius filium Hyamum filiam habuisse Celaeno, ex qua Delphum procreasset Apollo, Delphorum urbis conditorem. Eundem Delphum ab aliis, Pausanias tradit, dici filium Apollinis ex Thyia, Castalii filia, ab aliis eiusdem dei ex Melaena, Cephisi filia. Postremo adtingit etiam notissimam de Pythone ab Apolline interfecto fabulam. Tales sunt Delphorum κτίσεις a Pausania narratae. Aliae insunt in hymno Homerico in Apollinem Pythium, ubi poeta de Pythonis etiam caede dixit et de Delphinio Apolline fabulam tradidit, qui Cretenses Delphos condere iusserit. Denique de Delphorum originibus fabulae exstant etiam in Aeschyli Eumenidum initio et apud alios scriptores, quibus nunc neglectis satis habeo demonstrasse, si Polemo in libro de urbium Phocensium originibus etiam de Delphis egerit, quales fuisse eius narrationes putandum sit. Similia etiam Anaxandridas tractasse videtur in libris περὶ τοῦ ἐν Δελφοῖς χρηστηρίου, de quorum argumento diximus supra p. 11 sq. Itaque fieri potuit, ut Polemo in ipsis his rebus multa haberet, de quibus, cum aliter sentiret, contra Anaxandridam, cuius libris usus esse videtur, dispularet. Utrum Polemonis liber de originibus urbium Phocensium unus ex eis fuerit, quos contra Anaxandridam scripserit, non intellegendum est.

Alter Polemonis de rebus Delphicis liber inscribitur ‚Περὶ τῶν ἐν Δελφοῖς θησαυρῶν.' Thesauri Delphis fuerunt Atheniensium (cf. Paus. X, 11, 4), Sicyoniorum (X, 11, 1), Cypseli sive Corinthiorum (Hdt. I, 14), Thebanorum (Paus. X, 11, 4), Siphniorum (Paus. X, 11, 2), Cnidiorum (Paus. X, 11, 4), Potidaeatarum (Paus. X, 11, 4); Syracusanorum (ibid.), Clazomeniorum (Hdt. I, 51), Acanthiorum (Plut. Lys. 1), Spinetarum (Strabo V. p. 214.

27 De Lycoreo cf. O. Iahn. *Berichte der Sächs. Gesellschaft der Wissenschaften* I p. 416 sq.

IX. p. 421); Agyllaeorum (Strabo V. p. 220); de quibus cf. Delphorum descriptio apud Ulrichsium (*„Reisen und Forschungen I. tab. I“*). Omnia illa aedificia a populis vel regibus ad recipienda dei donaria exstructa, artis operibus cuiuslibet generis pretiosissimis completa erant, ita ut Polemo satis superque haberet in quo suam disciplinam exerceret. Neque dubium est, quin in ea re sublevaretur ab exegetis illis loci, qui peregrinantibus ea omnia, quae inprimis memoria digna fuerint, exponere solebant. Quomodo Polemo suam artem in singulis tractaverit, concludendum est ex testimonio Athenaei XI. p. 479 F (supra citato p. 36), ex quo ea, quae de templis Olympicis referuntur, transferre possumus etiam ad Delphos. Thesauri illi quam fuerint referti opibus, intellegimus ex eis, quae apud Herodotum, Plutarchum, Pausaniam memorantur; tenendum autem est, Polemonem Delphis fuisse post Phocensium quidem, sed ante Sullae et Neronis, qui praeclarissima omnia abstulerunt, rapinas. In universum de Polemone eadem fere valent, quae de Anaxandrida diximus supra p. 16 sq.

Fragmenta libri περὶ τῶν ἐν Δελφοῖς θησαυρῶν exstant tria, quorum id quod legitur apud Plut. Symp. Qu. V, 2. p. 675 B gravissimum est etiam propter testimonium de Polemonis fide et auctoritate:

καὶ τοῦτο μὲν τὸ ἀνάγνωσμα τῶν οὐκ ἐν μέσῳ ἐστί· τοῖς δὲ Πολέμωνος τοῦ Ἀθηναίου περὶ τῶν ἐν Δελφοῖς θησαυρῶν οἶμαι ὅτι πολλοῖς ὑμῶν ἐντυγχάνειν ἐπιμελές ἐστι, καὶ χρή, πολυμαθοῦς καὶ οὐ νυστάζοντος ἐν τοῖς Ἑλληνικοῖς πράγμασιν ἀνδρός. Ἐκεῖ τοίνυν εὑρήσετε γεγραμμένον, ὡς ἐν τῷ Σικυωνίων θησαυρῷ χρυσοῦν ἀνέκειτο βιβλίον, Ἀριστομάχης ἀνάθημα τῆς Ἐρυθραίας ποιητρίας Ἴσθμια νενικηκυίας.

De re cf. Preller. p. 55. Sine dubio Plutarchus Polemonis libros non minus bene noverat, quam Anaxan-

dridae. — Ex eodem libro sumptum esse videtur quod narratur apud Aelian. Hist. An. XII, 40:

τιμῶσι δὲ ἄρα Δελφοὶ μὲν λύκον, Σάμιοι δὲ πρόβατον. τὰ δὲ αἴτια τῆς ἑκάστου τιμῆς εἰπεῖν οὐκ ἔστιν ἔξω τῆςδε τῆς σπουδῆς. Δελφοῖς μὲν χρυσίον ἱερὸν σεσυλημένον καὶ ἐν τῷ Παρνασσῷ κατορωρυγμένον ἀνίχνευσεν ὁ λύκος, Σαμίοις δὲ καὶ αὐτοῖς τοιοῦτο χρυσίον κλαπὲν πρόβατον ἀνεῦρε καὶ ἐντεῦθεν Μανδρόβουλος ὁ Σάμιος τῇ Ἥρᾳ πρόβατον ἀνάθημα ἀνῆψεν. καὶ τὸ μὲν Πολέμων λέγει τὸ πρότερον, τὸ δὲ Ἀριστοτέλης τὸ δεύτερον.

Eadem fere narrantur apud Pausaniam (X, 14, 4). Imago lupi ahenea, quam Apollini dedicaverant Delphi, prope aram maximam conlocata erat.

Huc pertinent etiam quae de Delphis ex H e l l a d i c o tradidit Athen. XIII. p. 606 A, quae supra exscripsimus p. 36. Tamen, etiam si Polemonem Helladici scriptorem fuisse poneremus, — id quod non constat —, utrum quae in Helladico de Delphis narratae sint diversae fuerint a libro *περὶ τῶν ἐν Δελφοῖς θησαυρῶν* exquiri non licet. In Athenaei loco quid significent verba ‚*ἐν τῷ πινάκων θησαυρῷ*‘ nescio. Nam cum Prellero facere non possum, qui *πινάκων θησαυρὸν* idem esse credidit atque *πινακοθήκην* ‚quales cum nobilissimis delubris apud Graecos coniunctae fuisse videantur.‘ De pinacotheca Delphica, quantum scio, nihil traditum est. Fortasse cogitandum sit de Lesche Delphorum[28], de qua Paus. X, 25, 1: ‚*Ὑπὲρ δὲ τὴν Κασσοτίδα ἐστὶν οἴκημα γραφὰς ἔχον τῶν Πολυγνώτου, ἀνάθημα τῶν Κνιδίων, καλεῖται δὲ ὑπὸ Δελφῶν λέσχη.* Tabulis pictis quidem inprimis operam navasse Polemonem vidimus supra. Tamen *πινάκων θησαυρὸς* per se non idem est atque Lesche. Accedit quod de tabula picta nostro loco sermo non est. Itaque videtur corruptela

---

28 Hoc voluit Wieselerus in *Göttinger Gel. Anzeigen* 1841, quocum consentit Welckerus *Alte Denkmäler* IV p. 230.

esse in verbis ἐν τῷ πινάκων θησαυρῷ et cum Meinekio (*Archäol. Zeitung* 1857. p. 102) scribendum ἐν τῷ Σπινατῶν θησαυρῷ. Spinates enim sive Spinetes[29] insignem Delphis thesaurum habuisse scimus ex Strabone V. p. 214. IX. p. 421. Ceterum sub vocabulo πινάκων latere populi cuiusdam nomen suspicatus est iam Schweighaeuserus. Pro συγκατακλεισθῆναι idem Meinekius l. l. restituit συγκατακλισθῆναι et post τῆς ὁμιλίας excidisse censet σημεῖον sive μισθόν.

Dubito an Polemo praeter duos, qui laudantur de Delphis, libros et eos, quos contra Anaxandridam composuit et fortasse etiam Helladicum, alia quoque Delphis memorabilia tractaverit in scriptis nunc deperditis. Librum περὶ τῶν ἐν Δελφοῖς θησαυρῶν inter eos fuisse, quos scripsit contra Anaxandridam Polemo, non constat. Nam quod Hullemannus p. 133 sibi finxit: ex eo, quod Lysandri donarium (de quo egit Anaxandridas in libro περὶ τῶν συληθέντων ἐν Δελφοῖς ἀναθημάτων cf. p. 17) praetermittere vix potuerit Polemo in describendis thesauris Delphicis, et quod de eodem illo donario dixisse videatur in ἀντιγραφῇ illa, ubi de Dioscuris sermo est, sequi, eundem esse librum de thesauris atque ἀντιγραφήν, hoc probabile quidem est, tamen certiore indicio non sublevatur. De opere πρὸς Ἀναξανδρίδην in schol. Eur. Or. 1632 citato diximus supra in commentatione de Anaxandrida p. 18 sq. Fuerunt, ut vidimus, libri minimum quattuor, quorum quarti locus qui servatus est, certam rem ex Anaxandridae libro Περὶ τῶν ἐν Δελφοῖς συληθέντων ἀναθημάτων adtigisse videtur. Fortasse eidem Polemonis libro adnumerandus est locus apud Aelian. Hist. An. XII, 40, de quo supra egimus; sed non constat. Quod Polemo tam longam contra Anaxandri-

29. Steph. Byz. Σπῖνα, πόλις Ἰταλίας, ὡς Εὔδοξος καὶ Ἀρτεμίδωρος. Τὸ ἐθνικὸν Σπινάτης, ὡς τοῦ Βεμβῖνα Βεμβινάτης. ‚Duplex est Spinae urbis gentile pro duplici terminatione, quia ab Spina dicitur Spinates, ut ab Spine Spinetes.‘ Th. de Pinedo.

dam composuerit *ἀντιγραφήν*, is non mirabitur, qui eundem *πρὸς Τίμαιον* libris minimum XII, *πρὸς Ἀδαῖον καὶ Ἀντίγονον* libr. min. VI scripsisse recordatur, cf. p 38. Scriptum autem Polemonis non epistulis, sed *ἀντιγραφαῖς* adscribendum esse, diximus antea.

Videmus igitur Polemonem ea, quae inprimis memorabilia fuerint Delphis, magna industria perquisivisse et in scriptis suis enarrasse. In libro enim de originibus urbium Phocensium fabulas exposuisse videtur, quae de antiquissimo rerum statu tradita erant multaque sine dubio ad mythologiam non solum sed ad litterarum etiam historiam pertinentia continuerant; in libro de thesauris monumenta artis Delphis conlecta explicuit, quae per totum orbem loco illi sacro tantam gloriam paraverunt, ut undique qui ea inspicerent convenire solerent; alias autem res, quae praeterea etiam inlustres fuerunt, in eis sine dubio libris exposuerit, quos contra Anaxandridam edidit. Cum et de donariis et de oraculo egisse videatur Anaxandridas, verisimile fit, Polemonem easdem fere res tractasse. Scriptor sane is fuit ad cognoscendas Delphicas antiquitates singulari auctoritate, cuius opera, si exstarent, egregiam sane lucem illis rebus tam obscuris saepe adferrent. Quemadmodum Delphicas res cognoverit ille, praeter ipsas librorum Delphicorum reliquias alia testimonia indicant; ita quod est apud Athenaeum X. p. 416 B ex libro primo *τῶν πρὸς Τίμαιον*, tum etiam locus Athenaei IX. p. 372 A, ex libro *περὶ Σαμοθρᾴκης*: *Πολέμων δ' ὁ περιηγητὴς ἐν τῷ περὶ Σαμοθρᾴκης καὶ κιττῆσαί φησι τῆς γηθυλλίδος τὴν Λητώ, γράφων οὕτως· ‚διατέτακται παρὰ Δελφοῖς τῇ θυσίᾳ τῶν θεοξενίων, ὃς ἂν κομίσῃ γηθυλλίδα μεγίστην τῇ Λητοῖ, λαμβάνειν μοῖραν ἀπὸ τῆς τραπέζης. ἑώρακά τε καὶ αὐτὸς οὐκ ἐλάττω γηθυλλίδα γογγυλίδος καὶ τῆς στρογγύλης ῥαφανῖδος. ἱστοροῦσι δὲ τὴν Λητὼ κύουσαν τὸν Ἀπόλλωνα κιττῆσαι γηθυλλίδος· διὸ δὴ τῆς τιμῆς τετυχηκέναι ταύτης.‘*

HEGESANDER DELPHVS.

Hegesander Delphus, commentariorum scriptor duobus locis exceptis a solo Athenaeo citatur [1]. Omittamus ea omnia, quae non ad Delphica scriptoris studia pertinent; sed cum Delphicum eius opusculum, quod laudatur, quale fuerit cognosci non possit, nisi intellecta totius scriptoris natura et indole, etiam de his rebus paucis agendum est.

Delphum fuisse Hegesandrum ex Athenaeo constat. Nominis altera forma occurrit apud I. Bekker. anecd. p. 377, 25 ,*Ἀγήσανδρος*', ubi Suidas et qui eandem rem tradunt ,*Ἡγήσανδρος*' exhibent. *Ἀγήσανδρος* quidem nomen non raro in inscriptionibus Delphicis occurrit [2], est enim Delphica, i. e. Dorica *Ἡγησάνδρου* nominis forma, mutata adspiratione, ut saepius [3] invenitur. Itaque scrip-

1 De Hegesandro cf. Koepke, 'de hypomnematis Graecis' in progr. gymnasii Friderico-Werderani Berol. 1842. p. 20—28. Mueller. fr. hist. Gr. IV. p. 412—422, qui Koepki libello usus non est.

2 Apud Foucartium et Wescherum in tit. 92. v. 7; 164. v. 14; 191. v 20 Amphissenses Agesandri memorantur (191. v 20 scriptura est *Ἀγάσανδρος*). Tit. 266, 1 incipit ita: *Ἄρχοντος Ἀγησάνδρου.* Etiam apud Curtium anecd. Delph. p. 56. tit. 2 occurrit *Νικέας Ἀγησάνδρου* (sic).

3 Ita pro *Ἀγεσίλαος* sive *Ἀγησίλαος* Ionica forma est *Ἡγησίλεως*. Porro inveniuntur *ἡγηλάζω* et *ἀγηλάζω*, *ἡγήτωρ* et *ἀγήτωρ*, *Ἡγησίας* et *Ἀγησίας* sive *Ἀγασίας*, *Ἡγησιάναξ* et *Ἀγησιάναξ*, *Ἡγήσαρχος* et *Ἀγήσαρχος*, *Ἡγησιππίδης* et *Ἀγησιππίδας*. Etiam apud

tori nomen sine dubio inter Delphos fuit Agesandro, id quod est in fragmento apud Bekkerum, dummodo recta sit illa lectio.

Tempus quo vixerit Hegesander ex reliquiis definiri potest, quarum eas, quae huc pertinent, ita tractemus, ut quae novissimam aetatem prodant, ab eis incipiamus. Primo igitur loco ponendum est testimonium apud Athen. X. p. 444 E (fr. 20 ap. Muellerum = fr. 28 ap. Koepkium). Memoratur Rhodophon Rhodius, quem societatem inter Rhodios et Romanos contra Perseum iungere voluisse legatumque Romam profectum esse scimus ex Polybio (XXVII, 6, 3; XXVIII, 2, 3; XXX, 5, 4). Ponendus igitur est ca. Ol. CLIII, 1, i. e. a. 168 a. Chr. n.[4] Est hoc testimonium apud Hegesandrum recentissimum. Neque multo post illud tempus Hegesandrum vixisse probabile fit, quod eiusmodi narratiuncularum scriptores, qualis fuit ille quae narrent libenter ex proximis temporibus sumere solent. Videtur igitur Hegesander eodem fere temporis spatio distare a Polemone, quo Polemo ab Anaxandrida. Aliae Hegesandri reliquiae ad ultimum circa tertii a. Chr. n. saeculi tempus spectant. Ita quod est apud Athen. X, 432 B (fr. 23 Mue. = 25 Koe.). Memoratur Mnesiptolemus rerum scriptor, quem in honoribus fuisse apud Antiochum Magnum (Ol. CXXXIX, 2 — CXLVIII, 2, i. e. a. 223—187 a. Chr.) docemur ex Athenaeo XV, 697. Clinto

---

Thucydidem duae formae occurrunt, *Ἀγήσανδρος*, *Ἀγησανδρίδας*, I, 139; VIII, 91. 94, ubi sermo est de Lacedaemoniis, *Ἡγήσανδρος* VII, 19, ubi de Thespiensi.

4 Droysen ‚*Geschichte des Hellenismus*‘ II. p. 223 adnot. 129: — ‚*der rhodische Staatsmann Rhodophon, dessen Hegesander bei Athen. X. p. 444 erwähnt und von dem Köpke sagt:* de tempore quo vixerit nihil compertum habemus, *ist wohl unzweifelhaft derselbe, den wir in rhodischen Legationen der Jahre 171—167 kennen.*‘ cf. Liv. XL, 25. Clinton. F. H. s. a.

Mnesiptolemum ponit ca. Ol. CXL, 4, i. e. a. 217 a. Chr. [5]. Ad Antiochi Magni aetatem pertinet etiam quod est apud Athen. XI. p. 477 E (fr. 21 Mue. = 24 Koe.), ubi de Euphorione poeta et Prytanide philosopho sermo est (cf. Meineke, analecta Alexandr. p. 6 s.) Euphorio natus est ca. Ol. CXXVI, 1, i. e. a. 276 a. Chr., apud Antiochum Magnum in honore fuit ca. Ol. CXXXIX, 4, i. e. 221 a. Chr. (v. Clinton.). De Prytanide peripatetico, Hieronymi successore cf. Polyb. V, 93; Antigoni Dosonis iussu civilium legum tabulas condidit Megalopolitanis, ca. Ol. CXXXIX, 2, i. e. a. 223 a. Chr., ut demonstravit Koepkius p. 33. — Apud Athen. II, 52 A (fr. 41 Mue. = 30 Koe.) Hegesander agit de Pythermo Ephesio, qui post Antiochum I Sotera (Ol. CXXV, 1 — CXXIX, 4, i. e. 280—261 a. Chr.) sive Antiochum II Deum (Ol. CXXIX, 4 — CXXXIII, 3, i. e. a. Chr. 261—246) vixit. cf. Mueller. fr. hist. Gr. IV. p. 487. Koepke p. 21 s. — Denique Hegesandri fragmenta quattuor apud Athen. VI. p. 250 D. E (fr. 9 Mue. = 13. 22 Koe.), IX. p. 400 D (fr. 42 Mue. = 30 Koe.), VIII. p. 340 F (fr. 15 Mue. = 23 Koe.), IV. p. 167 D (fr. 8 Mue. = 21 Koe.) pertinent ad tempora Antigoni Gonatae, qui regnavit Ol. CXXIV, 2 — CXXXV, 2, i. e. 283—239 a. Chr. [6].

Scripta Hegesandri sub uno titulo laudantur *ὑπομνημάτων*. Sunt enim commentarii cuiuslibet generis, narratiunculae variae, ad certos plerumque homines, qui eo ipso tempore vivebant, spectantes. Videtur Hegesander illa omnia sive ipse ex aliorum ore accepisse sive ex libris excerpisse et ita composuisse ut historiolae illae propter facetias et sales et argumenta ridicula legentes delectarent. Fuit igitur scriptor, quales nostro tempore

---

5 De Mnesiptolemo cf. Müller. fr. hist. Gr. III. p. 71.

6 Cf. Clinton. F. H. II. p. 265 Krueger. — Errore Mueller fr. hist. Gr. IV. p. 412 Antigoni Gonatae imperium posuit a. 229—221, quo tempore Antigonus Doson regnavit.

exstant multi, coluitque id fere genus litterarum, quod nostrates vocant Gallico vocabulo *,anecdotes'*, id est facete dicta non docendi caussa sed delectandi gratia in hominum usum composita. Fuit hoc ex animo illius temporis, diadochorum aetatis, qua fabulae et narrationes de inlustribus viris et verae et falsae vulgabantur innumerabiles. Et cum Delphus esset noster, in ipsa patria propter incredibilem hominum frequentiam tales historiolas audiendi facultas dabatur optima. Tamen semper Delphis eum mansisse, vix crediderim. — Auctoritas Hegesandri mediocris fuisse videtur; cum quae delectarent potius quaesiverit et in adversaria receperit, quam quae propter gravitatem et exquisitam doctrinam memoria digna essent, non multum ei tribuendum videtur. Recte Droysenus iudicat (*Geschichte des Hellenismus* II. p. 122 adn. 120): *,Nur gebe man nicht zuviel auf die Autorität Hegesanders; die zahlreichen Anführungen aus seinen Hypomnemata zeigen deutlich den Charakter dieser ,Lesefrüchte', dieser variae historiae über Könige und Fische, Dichter und Natur, Bildsäulen und Philosophen'.*

Quod ad reliquias Hegesandri adtinet, valde variae sunt, sed diligenter perlectis omnibus et inter se comparatis fieri non potest, quin tractatas res certa quaedam argumenta efficere et in quaedam capita, ut ita dicam, distribuenda esse appareat. At neque quae Koepkius distinxit et suo modo disposuit argumenta[7] mihi placent, neque cum Muelleri distributione[8] in omnibus

7 De rebus historicis (p. 22 sq.), de populorum moribus (p 35), de rebus ad historiam naturalem pertinentibus (p. 35), de rebus grammaticis (p. 36), de hominibus delicatulis cet. (p. 37).

8 fr. hist. Gr. IV. p. 412: — ,Reliquorum fragmentorum argumenta sunt de moribus dissolutis et dicteriis principum, parasitorum, musicorum, poetarum, mimorum saltatorumque, *ὀψοφάγων*, *ἰχθυοφάγων*, *ἐξοίνων*, *ὑδροποτῶν*, de meretricibus et quae huc pertinent, de rebus ad conviviorum cultum spectantibus, de piscium generibus variis, de aliis similibus.'

consentio. Neglecto igitur illorum ordine, qualia argumenta inprimis tractasse videatur Hegesander, tum quomodo reliquias disponendas et in certum ordinem redigendas esse credam paucis exponam. Tres tantum reliquiae exstant, ex quibus pauca quaedam de adornando toto opere suspicari potius licet, quam argumentari. Sunt fr. apud Athen. IV. p. 162 A (fr. 2 Mue. = Koep. p. 36), ubi laudatur sextus commentariorum liber, ita ut sex minimum libris Hegesandri opus constitisse certum sit; deinde fr. apud Athen. V. p. 210 B (fr. 42 Mue. = Koe. p. 37), ubi memoratur Hegesandri *τὸ ἐπιγραφόμενον ὑπόμνημα ἀνδριάντων καὶ ἀγαλμάτων*, tum Athen. XI p. 479 D (fr. 32 Mue. = p. 20 sq. Koe.), ubi sermo est de commentariis quorum initium *ἐν τῇ ἀρίστῃ πολιτείᾳ*.

Videntur igitur Hegesandri *ὑπομνήματα* in libros disposita fuisse, qui certis titulis inscripti fuerunt; nam ut credamus *ὑπόμνημα ἀνδριάντων καὶ ἀγαλμάτων* peculiare opus fuisse, diversum ab altero, cuius cetera fragmenta particulae essent, hypomnematum opere, nihil est, quod nos permovere possit. Quod ad initium illud *ἐν τῇ ἀρίστῃ πολιτείᾳ* adtinet, haec non fuisse totius commentariorum libri prima verba credo, sed unius ex commentariis singulis. Itaque incipiens ab eo, cuius inscriptio servata est, hypomnemate, ita fere omnia divisa fuisse puto:

I. *Ὑπόμνημα ἀνδριάντων καὶ ἀγαλμάτων.* Athen. V. p. 210 B. fr. 45 Muelleri. cf. Koepk. p. 37 sq.

II. De conviviis eisque rebus variis, quae ad conviviorum cultum pertinent. His commentariis adnumeranda est reliquiarum pars maior. Possunt etiam ita disponi, ut eae, quibus numeros adposui 1—6 unum caput efficiant, in quo agebatur de bibendo; alterum de edendo ciboque comparando eae, quibus adscripsi numeros 7—11. Tum de piscibus agitur in reliquiis 12—17, de venatione sive potius de feris (i. e. de perdicibus, leporibus, apris)

in reliquiis 18—20; fortasse is fuit commentarius qui incipiebatur verbis ἐν τῇ ἀρίστῃ πολιτείᾳ, cui loco adscripsi 1:

1. Athen.	XI.	p. 479, D	=	fr. 32 Mue.	=	Koe. p. 20 sq.
2. „	VIII.	p. 365, D	=	fr. 31 Mue.	=	31 Koe.
3. „	X.	p. 432, B	=	fr. 23 Mue.	=	25 Koe.
4. „	X.	p. 431, D	=	fr. 22 Mue.	=	2 Koe.
5. „	X.	p. 444, E	=	fr. 20 Mue.	=	28 Koe.
6. „	XI.	p. 477, E	=	fr. 21 Mue.	=	24 Koe.
7. „	IV.	p. 174, A	=	fr. 30 Mue.	=	29 Koe.
8. „	VI.	p. 229, A	=	fr. 38 Mue.	=	31 Koe.
9. „	XIII.	p. 564, A	=	fr. 26 Mue.	=	Koe. p. 36.
10. „	VIII.	p. 343, C	=	fr. 16 Mue.	=	14 Koe.
11. „	II.	p. 62, C	=	fr. 35 Mue.	=	29 Koe.
12. „	III.	p. 108, A	=	fr. 37 Mue.	=	30 Koe.
13. „	VII.	p. 325, C	=	fr. 39 Mue.	=	29 Koe.
14. „	VIII.	p. 334, E	=	fr. 40 Mue.	=	30 Koe.
15. „	VIII.	p. 337, F	=	fr. 15 Mue.	=	15 Koe.
16. „	VIII.	p. 340, F	=	fr. 15 Mue.	=	23 Koe.
17. „	VIII.	p. 344, A	=	fr. 19 Mue.	=	27 Koe.
18. „	IX.	p. 400, D	=	fr. 42 Mue.	=	30 Koe.
19. „	XIV.	p. 656, C	=	fr. 44 Mue.	=	30 Koe.
20. „	I.	p. 18, A	=	fr. 33 Mue.	=	29 Koe.

III. De meretricibus. (Haec coniuncta fortasse fuerunt cum IV.)

1. Athen.	XIII.	p. 572, D	=	fr. 25 Mue.	=	29 Koe.
2. „	IV.	p. 167, D	=	fr. 8 Mue.	=	21 Koe
3. „	XIII.	p. 592, B	=	fr. 27 Mue.	=	1 Koe.
4. „	XIII.	p. 584, F	=	fr. 28 Mue.	=	7 Koe.
5. „	III.	p. 107, E	=	fr. 29 Mue.	=	7 Koe.
6. Hesych. s. v. Ἀποφάρσις			=	fr. 29. a. Mue.	=	31 Koe.

IV. De hominibus delicatulis, de parasitis, musicis, poetis, mimis, saltatoribus aliisque huius generis ad aulas principum saepenumero viventibus.

1. Athen.	VII.	p. 289, C	=	fr. 5 Mue.	=	10 Koe.

2. Athen.	IV.	p. 132, C	= fr. 10 Mue.	= 26 Koe.	
3. „	VIII.	p. 350, A	= fr. 11 Mue.	= 16 Koe.	
4. „	XIV.	p. 620, F	= fr. 12 Mue.	= 18 Koe.	
5. „	I.	p. 19, C	= fr. 13 Mue.	= 20 Koe.	

V. De adulatoribus.

1. Athen.	VI.	p. 260, A	= fr. 3 Mue.	= 9 Koe.[9]
2. „	VI.	p. 248, E	= fr. 4 Mue.	= 8 Koe.
3. „	VI.	p. 249, D	= fr. 6 Mue.	= 11. 12 Koe.
4. „	VI.	p. 251, A	= fr. 7 Mue.	= 6 Koe.
5. „	VI.	p. 250, D. E	= fr. 9 Mue.	= 13 Koe.

VI. Commentarii, narratiunculas continentes de philosophis et sophistis. Videtur hos sextus liber totius operis continuisse, ut suspicandum est ex Athenaei l. IV. p. 162, A. Huc pertinent reliquiarum hae:

1. Athen.	IV.	p. 162, A	= fr. 2 Mue.	= Koe. p. 36.
2. „	I.	p. 44, C	= fr. 24 Mue.	= 21 Koe.
3. „	XIV.	p. 652, F	= fr. 43 Mue.	= 19 Koe.
4. „	XI.	p. 507, A	= fr. 1 Mue.	= 3 Koe.
5. „	X.	p. 419, A	= fr. 34 Mue.	= 4 Koe.
6. „	VIII.	p. 343, D	= fr. 17 Mue.	= 5 Koe.
7. „	XII.	p. 544, C	= fr. 18 Mue.	= 5 Koe.

VII. Varia incertae sedis:

1. Athen.	II.	p. 52, A	= fr. 41 Mue.	= 30 Koe.
2. „	III.	p. 87. B	= fr. 36 Mue.	= 30 Koe.

3. Bekker. anecd. p. 377, 26 *Ἀλκυονίδες ἡμέραι.* Fr. 46 Mue. = Koe. p. 37.

Quid velim et quomodo ordinem, quem fragmentis dedi, probandum esse credam, qui ipsos locos inspexerit, facile intelleget. Accuratius rem tractare, cum praeter propositum consilium sit, aliis relictis ad eum locum revertor, quem primum posui, Athen. V. p. 210 B (Fr. 45 Muelleri = p. 37 sq. apud Koepkium), *τὸ ἐπιγραφόμενον ὑπόμνημα ἀνδριάντων καὶ ἀγαλμάτων.* Sine

9 Fragmentum num huc referendum sit, non pro certo habeo.

dubio inter Hegesandri commentarios ille totum librum complevit, in quo similes de monumentis artis sive de rebus vel hominibus cum illis quodammodo conexis narratiunculas, fabulas, facetias narraverit scriptor, quam tradidit de rebus hominibusque aliis. Praeterea per se apparet Hegesandrum, quippe qui fuerit Delphus, cum de statuis et ceteris monumentis ageret, Delphica opera, si non sola, quod probari nequit, tamen in primis tractavisse; certa paene res fit propterea, quod ipsius fragmenti argumentum est de Delphico donario satis inlustri. Ita factum est, ut etiam hic suo iure inter rerum Delphicarum scriptores recipiendus fuerit. Videtur Hegesander eiusmodi res narrasse, quae exegetae hospitibus exponere solebant, fabulas istas, quarum magna multitudo etiam ab aliis tradita est. Praecipue autem eo memorabilis est noster, quod haud magnum tempus post Anaxandridam et ipsum Delphum et Polemonem vixit. Athenaei (V. p. 210 B) verba sunt haec:

Ἡγήσανδρος δ' ὁ Δελφὸς ἐν τῷ ἐπιγραφομένῳ ὑπομνήματι ἀνδριάντων καὶ ἀγαλμάτων Γλαύκου φησὶ τοῦ Χίου τὸ ἐν Δελφοῖς ὑπόστημα, οἷον ἐγγυθήκην τινὰ σιδηρᾶν, ἀνάθημα Ἀλυάττου· οὗ ὁ Ἡρόδοτος μνημονεύει, ὑποκρητηρίδιον αὐτὸ καλῶν. Καὶ ὁ Ἡγήσανδρος ταὐτὰ λέγει.

Pro ‚*Ἡγήσανδρος*‘ altero loco scribendum videri ‚*Ἀναξανδρίδης*‘ vidimus supra p. 19. — De vocabulis *ἄγαλμα* et *ἀνδριάς* accurate egerunt Ruhnkenius ad Timaei lex. Platon. p. 4 et Siebelis in praefat. Paus. p. XLI—XLIV, cf. Henr. Steph. Thes. s. v. *ἄγαλμα*. Quid significent voces, eliciendum est ex ipsarum originatione. Itaque *ἄγαλμα*, cum sit deductum a verbo *ἀγάλλω*, significat secundum Hesych. ‚*πᾶν, ἐφ' ᾧ τις ἀγάλλεται*‘. cf. Suidas: ‚*ἄγαλμα πάντα τὰ κόσμου τινὸς μετέχοντα*‘. Praecipue usurpatur de statuis, simulacris, anaglyphis ex qualicunque materia factis; etiam tabulae pictae *ἀγάλματα* appellabantur secundum Suidam: ‚*Ἀγάλματα καὶ τὰς γραφὰς καὶ τοὺς ἀνδριάν-*

τας λέγουσιν'. Tamen inprimis frequens usus fuit vocabuli de donariis numini alicui consecratis et de statuis deorum, ut e Pausania demonstravit Siebelis l. l. cf. grammaticus SGerm. in Bekkeri anecd. Gr. I. p. 335: Ἀγαλματοποιὸν δέ φασι καλεῖσθαι τὸν εἰκόνας θεῶν μᾶλλον ἐργαζόμενον, ἀνδριαντοποιὸν δὲ τὸν ἀνθρώπων. Alia exempla exstant apud Rhunken. l. l. In universum ἀγάλματος significatio amplius, ut ita dicam, spatium amplexa esse videtur quam ἀνδριάντος. Ἀνδριὰς vocabulum deductum ab ἀνήρ, quo factum est, ut hominum potius quam deorum simulacra significare videretur. Ita ἀνδριάς, ut bene notavit Phavor. v. ἄγαλμα, ἐπ' ἀνθρώπων ἀπὸ χαλκοῦ ἢ ξύλων ἢ λίθων ἢ τοιούτων τινῶν κατεσκευασμένος. cf. Bekkeri anecd. l. l. Sequitur, si ἄγαλμα et ἀνδριὰς simul occurrunt, ut est apud Hegesandrum, cum non idem duo vocabula significare possint, ita accipiendum videri, ut in ,ἀγαλμάτων' de monumentis et simulacris varii generis, deorum potissimum, in ,ἀνδριάντων' de hominum signis cogitemus. De re in fragmento Hegesandri narrata cf. Herod. I, 85. Paus. X, 16, 1.

,Fortasse ad hunc statuarum commentarium, quem nostrates francogallico vocabulo *catalogue raisonné* vocare solent, iure referenda sunt ea, quae ex Hegesandro de Halcyonidibus deprompserunt et Apostolius in Prov. Centur. II, 51 [10] et ex eo Arsen. in Violet. p. 40 et Suid. voc. Ἀλκ.' Ita Koepkius p. 37. Non credo. Fragmentum supra posui inter incerta sub n. VII, 3. Est apud Bekker. anecd. p. 377, 26 ita:

Ἀλκυονίδες ἡμέραι: Περὶ τοῦ ἀριθμοῦ διαφέρονται. Σιμωνίδης γὰρ ἐν Πεντάθλοις ἕνδεκά φησιν αὐτάς, καὶ Ἀριστοτέλης ἐν τοῖς περὶ ζώων· Δημαγόρας δὲ ὁ Σάμιος ἑπτά, Φιλόχορος ἐννέα. Τὸν δὲ ἐπ' αὐταῖς μῦθον Ἀγήσανδρος ἐν τοῖς περὶ * Ὑπομνήματι λέγει οὕτως· Ἀλκυονέως τοῦ γί-

10 apud Leutsch. II. p. 269.

γάντος θυγατέρες ἦσαν Φθονία, Χθονία, Ἄνθη, Μεθώνη, Ἀλκίππα, Παλλίνη, Δριμώ, Ἀστερίη. Αὗται μετὰ τὴν τοῦ πατρὸς τελευτὴν ἀπὸ Καναστραίου, ὅ ἐστιν ἄκρον τῆς Πελλόνης, ἔρριψαν αὐτὰς εἰς τὴν θάλασσαν. Ἀμφιτρίτη δ' αὐτὰς ὄρνιθας ἐποίησε, καὶ ἀπὸ τοῦ πατρὸς Ἀλκυόνες ἐκλήθησαν. Αἱ δὲ νήνεμοι καὶ γαλήνην ἔχουσαι ἡμέραι ἀλκυονίδες καλοῦνται.

Ἕνδεκα] cod. *ἐν ια*, legendum *ιδ'* elucet ex Aristotele (Leutsch.) Cf. Aristot. *περὶ ζώων* V, 8, 2 qui Simonidis locum adfert. — Suid. *Ἡγήσανδρος* pro *Ἀγ.* cf. supra p. 49. Idem pro *ὑπομνήμασι*: *ὑπομνημάτων*, et pro *Φθονία, Χθονία* habet: *Φωσθονία*. *Φθονία* delendum. Bekker. *ὑπομνήματι*, videtur scribendum esse *ἐν τοῖς περὶ * ὑπομνήμασι*. — Pro *Παλλίνη* legendum *Παλλήνη*, pro *Πελλόνης* Eudemus *Παλήνης*, legendum *Παλλήνης*. cf. Mueller Hegesandri fr. 46 et Demagorae Samii fr. 3 in fr. hist. Gr. IV. p. 378.

Locum sumptum esse ex commentario *Ἀνδριάντων καὶ ἀγαλμάτων* nulla re probatur. Nam quod narrat Hegesander de Alcyonidibus, quid ad res Delphicas adtineat, non video. Quare quid sit supplendum inter *περὶ* et *ὑπομνήμασι* non constat, fuit sine dubio una ex librorum inscriptionibus, quales commentariis praepositas fuisse probabile est, sed errat Koepkius [11], in eis, quae dicit: ‚in illis *ἐν τῷ ἀνδριάντων ὑπομνήματι* vel, si malis, *ἐν τοῖς ἱστορικοῖς ὑπομνήματι* latere, nemo non videt'.

Dubito an potius fragmentum Hegesippo Mecybernaeo tribuendum sit, non Hegesandro Delpho. Hegesippus quidem scripsit *Παλληνιακὰ* sive *περὶ Παλλήνης* cf. Steph. Byz. ‚*Μηκύβερνα*' et ‚*Παλλήνη*' cum notis Holstenii et Th. de Pinedo. Cf. Dionys. Hal. A. R. I, 49 p. 122 R. Parthenius Erot. c. 6: *περὶ Παλλήνης κτλ.* Schol. Vatican. Eur. Rhes.

---

11 Cum Koepkio consentiunt Leutschius l. l. et Naber. Photii ex. I. p. 141.

28. Itaque in nostro loco propono haec: *τὸν δὲ ἐπ' αὐταῖς μῦθον Ἡγήσιππος ἐν τοῖς Παλληνιακοῖς* sive *ἐν τοῖς περὶ Παλλήνης ὑπομνήμασι.* Et potuit ex ‚*Παλληνιακοῖς*' sive ‚*Πελληνιακοῖς*' facillimo errore fieri ‚*περὶ ὑπομνήμασι*' praesertim cum librarius ex errore pro Hegesippo (sive Agesippo) poneret Hegesandrum (sive Agesandrum), quem *ὑπομνημάτων* scriptorem noverat. Hegesandri nomen mutari interdum cum Hegesippi videmus ex Etym. M. p. 136, 32: *Ἀργὼ ἡ ναῦς εἴρηται ὅτι ἐν Ἄργει τῇ πόλει κατεσκευάσθη, ὡς Ἡγήσιππος ὁ ἱστορικός.* -Eadem narrat ex Hegesandro Salaminio Tzetzes ad Lycophr. 883: *Ἀργώου δορός] Ἀργὼ ἐκλήθη ἡ τοῦ Ἰάσονος ναῦς, ἢ ὅτι, κατὰ Ἀπολλώνιον, Ἄργος ὁ Ἀρέστορος ἢ Ἀκέστορος υἱὸς αὐτὴν ἐναυπήγησεν, ἢ ὅτι ἐν Ἄργει ἐναυπηγήθη, ὥς φησιν Ἡγήσανδρος ὁ Σαλαμίνιος.*

Hegesandri *ὑπόμνημα ἀνδριάντων καὶ ἀγαλμάτων* non multi pretii fuisse neque ad cognoscendas res Delphicas multum tribuisse videtur, siquidem, quod putandum est, eiusdem generis liber fuit, cuius alii commentarii.

IMAGO

quam vides in fronte libelli est Amphictyonum nummi celeberrimi, cuius adversa pars caput Cereris ostendit, aversa Apollinem Pythium in umbilico Delphico sedentem. Cf. Mionnet *Descr.* II, 72. n. 5; 96 n. 21. C. O. Mueller *Denkm. d. a. K.* ed. Wieseler vol. II ad tab. VIII. n. 93; XII. n. 134 b. — Formam ligno incisam Parisiis mihi misit Antoninus Salinas Siculus, amicus dulcissimus, de patriae nummorum doctrina bene meritus et melius etiam meriturus.

dam composuerit ἀντιγραφὴν, is non mirabitur, qui eundem πρὸς Τίμαιον libris minimum XII, πρὸς Ἀδαῖον καὶ Ἀντίγονον libr. min. VI scripsisse recordatur, cf. p 38. Scriptum autem Polemonis non epistulis, sed ἀντιγραφαῖς adscribendum esse, diximus antea.

Videmus igitur Polemonem ea, quae inprimis memorabilia fuerint Delphis, magna industria perquisivisse et in scriptis suis enarrasse. In libro enim de originibus urbium Phocensium fabulas exposuisse videtur, quae de antiquissimo rerum statu tradita erant multaque sine dubio ad mythologiam non solum sed ad litterarum etiam historiam pertinentia continuerant; in libro de thesauris monumenta artis Delphis conlecta explicuit, quae per totum orbem loco illi sacro tantam gloriam paraverunt, ut undique qui ea inspicerent convenire solerent; alias autem res, quae praeterea etiam inlustres fuerunt, in eis sine dubio libris exposuerit, quos contra Anaxandridam edidit. Cum et de donariis et de oraculo egisse videatur Anaxandridas, verisimile fit, Polemonem easdem fere res tractasse. Scriptor sane is fuit ad cognoscendas Delphicas antiquitates singulari auctoritate, cuius opera, si exstarent, egregiam sane lucem illis rebus tam obscuris saepe adferrent. Quemadmodum Delphicas res cognoverit ille, praeter ipsas librorum Delphicorum reliquias alia testimonia indicant; ita quod est apud Athenaeum X. p. 416 B ex libro primo τῶν πρὸς Τίμαιον, tum etiam locus Athenaei IX. p. 372 A, ex libro περὶ Σαμοθρᾴκης: Πολέμων δ' ὁ περιηγητὴς ἐν τῷ περὶ Σαμοθρᾴκης καὶ κιττῆσαί φησι τῆς γηθυλλίδος τὴν Λητώ, γράφων οὕτως· ‚διατέτακται παρὰ Δελφοῖς τῇ θυσίᾳ τῶν θεοξενίων, ὃς ἂν κομίσῃ γηθυλλίδα μεγίστην τῇ Λητοῖ, λαμβάνειν μοῖραν ἀπὸ τῆς τραπέζης. ἑώρακά τε καὶ αὐτὸς οὐκ ἐλάττω γηθυλλίδα γογγυλίδος καὶ τῆς στρογγύλης ῥαφανίδος. ἱστοροῦσι δὲ τὴν Λητὼ κύουσαν τὸν Ἀπόλλωνα κιττῆσαι γηθυλλίδος· διὸ δὴ τῆς τιμῆς τετυχηκέναι ταύτης.‘